


Prætextata latinè

LOQVENDI RATIO, PER

Colloquiorum formulas, nunc iocülariter, nunc seriò, studiosis pueris non modò benè loquendi, sed etiam benè viuendi modum præscribens, & miscens vtilia dulcib.

Authore Martino Duncano Quempenate, Guormarianorum Pastore in Hollandia.




ANTVERPIÆ.
Apud Ioan. Latium typogr. iuratum.
Cum Gratia & Priuilegio.

...ntextata ...

...NDI RAT...

[illegible]

...ctum Pastore in
Hollandia.



ANTVERPIÆ,
apud Ioan Latium typog...
Cum Gratia & Priuileg...

Prætextata latinè

LOQVENDI RATIO, PER Colloquiorum formulas, nunc ilocaliter, nunc seriò, studiosis pueris non modò benè loquendi, sed etiam benè viuendi modum præscribens, & miscens vtilia dulcib.

Authore Martino Duncano Quempenate, Guormarianorum Pastore in Hollandia.



ANTVERPIÆ.
Apud Ioan. Latium typogr. iuratum.
Cum Gratia & Priuilegio.

Prætextata latinè

LOQVENDI RATIO, PER

Colloquiorum formulas, nunc ioculariter, nunc ſeriò, ſtudioſis pueris non modò benè loquendi, ſed etiam benè viuendi modum præſcribens, & miſcens vtilia dulcib.


Authore Martino Duncano Quempenate, Guormarianorum Paſtore in Hollandia.



ANTVERPIÆ.
Apud Ioan. Latium typogr. iuratum.
Cum Gratia & Priuilegio.

CÆS. Maiestatis priuilegio cautum est, ne quis has Colloquiorum formulas à Ioanne Latio typographo Iurato Antuerpiæ impressas, imprimat: sub pœna mulctæ arbitrariæ in Diplomate Cæsareo expressa. Datum Bruxel. An. M.D.LII. IX. Nouemb.

Subsig. P. de Lens.



Martinus Duncanus Quempensis, suo Mecœnati, Domino ac M. Nicolao à Castro Louaniensi, Canonico Traiectensi ad S. Mariam, dignißimo Sacræ Theologiæ Licentiato,

S A L. D.



Ecreueram virorum ornatißime, Elemēta formandæ puerilis linguæ, quibus iam aliquot annos præter cætera, inter pauculos discipulos nō sine fructu (absit laus) succisiuis temporibus domi vsus fueram, perpetuis tenebris obruta & sepulta seruare, nisi me aliorsum rapuissent & quasi transuersum egissent aßidua efflagitatione nonnulli eorum, qui se norant pueros hisce crepundiis non inutiliter vsos, & his tyrociniis eò latinitatis breui euectos, vt iam suum magistrum vel æquiparent vel superent. Quorum impulsus crebris precum arietibus, obfirmato quidem animo diu obluctatus sum, at tandem perpulsus. Quid enim non efficias, si pertendas? Vt multis ictibus deiicitur quercus, ita multis quoque precibus expugnatur animus. Ne igitur, quemadmodum Antiochus ille dicitur pecuniarum temerè, quantū elargiri volebat, effudisse, & in publico stans dixisse, τίνι ἡ τύχη δίδωσι, λαβέτω, ita & ipse videar facere, te mihi prospexi, patrone integerrime, te ex amicorum albo delegi, cui has pueriles bullas nuncuparem, non vt tuis hospitalib. in me beneficiis hoc modo par essem sed vt animum duntaxat meum hoc munusculo leuidensæ memorē & gratum testarer. Dixeris forte, At quo more pyris vesci Calaber iubet hospes, Tu me fecisti locupletem. Tam teneor dono quàm si di


mittar onuſtus. Fateor equidem non tibi eſſe vſui, qui ad literarum culmen me prouectus es longe altius. At nepotibus tuis ex fratribus aut ſororibus credidero, non infrugiferum fore, quod damus. Dixeris præterea: Quid noctuas Athenas, aut in ſyluam quid ligna feram, cùm hoc genus nugarum ſat ſuperque nuper in lucem exierit? Quis præter vnū Deum eſt ita affluens, vt ſi plurium bonorum ſpes affulgeat, non ſit admiſſurus plura? Imò licet diuites plurimi victimis opimis Iouem placent, aut Herculi offertiſsimam polluceant hoſtiam: continuô ne vel mola ſalſa litent, ſi qui thura non habeant? Vt taceam exiiſſe nonnulla, & manibus ſtudioſorum teri, quæ præſtiterit nunquam in lucem veniſſe, latiniſsima quidem illa, & ad linguam expoliendam accommodatiſsima, cæterum piis moribus valde noxia. At noſtra temperauimus ita, vt pariter & linguam & mentem ſint exornatura. Accipe igitur hoc quicquid eſt munuſculi, & tibi perſuade, ſi quid nunc præſtantius habuiſsem, me lubentem oblaturum fuiſſe.

Vale.

Euormariæ octauo Calend. Maias. Anno LII.

DE RATIONE VITAE institueđæ cõfabulatio.

Guilielmus Crũmenius,& Petrus Assendelphus,colloquutores. Gu.



Eus heus,est'ne quisquam domi? Nemon' intus? Num quis domi? Hæccine tota vacat domus? Hisce in ædibus est'ne inuenire quenquam? Siccine stant solę vacuis penetralibus ædes? Siccine stant solæ & vacuæ cultorib⁹ ædes? Haccine in domo mera solitudo? Num iacet hæc deserta domus? Sedes stat inanis? Hiccine stant desiti atq; destituti omnibus suis cultoribus penates? Stant soli incultique lares in sedibus hisce? P. Ecquis pulsat fores? Quisnam hoc ostium pultat? Euge,tun' nobis ades Guilielme? Quis te Zephyrus aut Eurus huc semel appulit? Hem tandém ne semel te nobis videndum indulges? Tandém ne nobis te semel conspicuũ præbes? Hui quàm mei visendi es insolens! Papæ,quàm te nobis exhibes rarum visu? Mirum quàm infrequens & rarus me visas? Annus tantùm non videtur, quòd huc te non receperis. G. Quid huc me frequenter relato opus? Quid huc sæpe commeato opus? Quid huc frequenter adito opus? Quid opus huc frequenter ferre gradum? Quid necesse huc sæpenumero commeare? Quid opus vobis frequenter interuisis?

Hou hou/ isser niemãt thuys

machmẽ u eens sien.

wat/hoe selden besoect ghy ons?

wat heb ic dickwils hier te doẽ

sis? Quæ postulat necessitas, vt hoc sæpe insistam iter, teque frequens interuisam, cùm quotidie ter quaterve alter cum altero intersimus vnà ludo literario, & eidem magistro operam demus: sedendoque alter alteri vel latus claudamus, vel dorsum obuertam⁹, vel faciem aduertamus? vel saltem non longè disiungamur? P. Intersumus quidem vnà quotidie, vt dicis, ludo literario: cæterū inibi nō permittimur nostro arbitrio, & licentiæ, quidlibet inter nos confabulandi. Non est nobis inibi integrum neq; liberum, quibuslibet de rebus vltro citroque verba habere. Periculū est enim, ne clancularius quispiam aut clandestinus Sycophāta obseruet nos, & auscultet, nosque ad præceptorem deferat. Hic vero in vado sumus. Hic in portu nauigamus. Hic in tuto sumus. Hic liberi & securi sumus, neq; quenquā Coryceum est quòd metuamus. Hic ocioso animo commentabimur quidlibet. G. Quid vis igitur commentemur? Quos vis inter nos conferamus sermones? Quid habes, quod mecum colloquare? Quid est, de quo inter nos cōmentemur? P. Quid habeam, rogas? Vereor vt prius me dies quàm verba deficiat, si quicquid habeā, tecum cōmentari velim, & tibi vacet audire. Timeo, ne antè diem clauso cōponat vesper olympo, quàm finē loquendi sim facturus, si tibi tantisper hic residere vacet, & meis verbis aures præbere. Tanta nimirum mihi sup petit

Wy sijn daghelijcx inde scole bi malcanderē.

In scole mogen wij niet vrij clappen van alle dinck.

Hier thuys sijn wi vrij hier sullē geen crapers hooren

Den dach sal ons begenen eer wi wt hebbē.

petit rerum, de quibus tecum agam copia, vt vix ante vesperũ expediero. Tam latum habeam tecum colloquendi campum, si omnia & persequi velim, & tibi audire vacuum sit, vt vnus hic dies vix nostris fabulis suffecerit. G. Tibi lubenti animo me vacuum dabo, quo ad licebit. Nam antequam dies hic præcipitet, & noctis crepusculum instet, domi sim oportet. Tibi lubens vacabo. Cui, si nó tibi me lubentem, facilem ac promptum ad quiduis præbeam? Me commodo atque facili vteris, qua in re cunq; voles, quamdiu quidem per parentes mihi domo licebit abesse. Nam non admodum sanè diu abesse licebit. Sic enim visum est parentibus meis, quibus in omnibus sim omnino morigerus decet. P. Quid istud sibi vult? Abiturus, pri usquã vix veneris, & pedes tuos fixeris? Auolandi potestatem à me pacisceris, priusquam vix consederis? Quid? venisti huc quasi canis è Nilo bibiturus, quod dicitur? Non admodum expectatò venisti, tam subitò abiturus. Præsentia tua sanè perquam cara est, qua nó liceat frui, nisi breuissimo temporis puncto. Si venisti huc, non nisi me à limine salutatum, tempus est, iam iam hinc auoles, priusquam sedem vllam natibus premas. Sin paulò longiorem tui copiam mihi facere dignaberis, quod optem, quid est, cur tam præpro peram atque præmaturam discedendi mentionem facis? G. Ocioso sis animo. Nó prius

Ick heb veel met v te spreken.

Comt ghy om eẽ kole vieren.

Wildi wat langer met mi spreken waerõ laet ghy dan weeten te vreedẽ, laet spoiẽ sorgẽ

abibo, quàm me vel tempus vocet, vel parentes tui ablêgent, & abire iubeant. P. Si tantisper hic gradum sis fixurus, & in nostris ædibus pensurus, dum te parentes amoliantur mei, ausim deierare vel Iouem lapidem, tribus aut quatuor hebdomadis te nō visurum tuos parentes his proximis. G. Nescis ô bone, nescis quid loquaris, neque satis tuorum parentum calles sensum. Sed quid sequimur has ambages? & tempus frustra conterimus? Eloquere potius, si quid habes, quod mecum commentere, de quo mecum disseras. P. Rectè admones. Primùm, quandoquidem multis & variis quotidie cogitationib⁹ agitor & fluctuo, atque animi perturbationibus conficior, & in diuersa rapior, mirisque modis animi suspensus reddor, quid sim facturus posthac, & ad quod vitæ genus me potissimum daturus: obsecro consulamus alter alteri, quid optimum factu putemus. Tertius iam aut quartus agitur annus, quòd eidem pariter ferulæ manus subdidimus, & iisdem ludimagistris operam dedimus, neque ad vllum nos opificium appulimus, neque ad vllum artificium nos mechanicum contradidimus. Cùm igitur non tantæ nobis suppeditent diuitiæ, nō tantæ suppetant opes, neque tantarum obuentionum spes nobis affulgeat, vt in ocio vitā traducere liceat, quo pacto nobis age in posterum, parentibus vita hac defunctis, & vnde comparabimus victum?

Houdy so lang bi mi bliuen/ etc.

Ick sout wel derrē zweeren.

Ghi en kēt noch v ouders hert niet.

Wat makē wij veel ydel gescals wildi wat met mi spreken?

Ghy segt wel.

Want ick veel gepeysen heb.

Wat leuen dat ick an nemē wil.

Dat wij geen ambacht geleert hebben.

Want wij niet so rijc en sijn dat wij ledich mogē gaē. Waer sullē

ctum? Iam nunc enim non agimus pueros, vt harum rerum ſecuris in vtramuis aurem dormire cōueniat. Nuper enim ambo duodeuiceſimum emenſi ſumus, atque exegimus annum, iam pridem ingreſſi vndeuiceſimū. Æquum eſt igitur, vt nucibus & crepundiis iam tandem relictis, ſimul cum ipſa virili toga induamus & animum virilem, & in longitudinem nobis cōſulamus, atque in poſterum rebus noſtris prouideamus. G. Probè. Nam iſtud eſt ſapere, vt didicimus ex Terentio, non quod ante pedes modò eſt, videre, ſed etiā illa quæ futura ſunt, proſpicere. Sed perge. P. Quare, amabo te, da mihi quæ tua ſit ſententia, de genere vitæ bonis auibus & rectè inſtituendo: ego viciſſim & meam dabo, vel potius tuam imitabor: vt hinc porrò quid agamus, & qua ratione vitam inſtituamus, quodve viuendi inſtitutum ſectemur, & qua via huius vitæ munus ſapiēter & vtiliter inſiſtamus, inter nos pulchrè & prudenter conſultemus, atque ita virorum optimorum veſtigiis inſtemus. Nam à parentibus noſtris, probis quidē illis & piis hominibus, at Amuſis, & ab omni humanitatis ſtudio alienis, non eſt, quod expectemus, niſi fragile & infernum conſilium de his rebus. Si quis de agricultura aut piſcandi arte ad eos referat, abundè ſanè habeant, quod conſulant. G. Verum dicis. Quid enim iudicent aut cōſulant cæci de coloribus? quod pace eorum dixe-

Wy ōs te bedencken?

Tis recht als wy mā nē verſtāt cryghen.

Segt wat v gheuoelen is.

hoe wy ōs leuen aenleggē ſullē

wat kā de blinde ondſceydē tuſſchen wit eñ ſwert?

dixerim. At quanuis in rebus literariis parum sapiant, alibi tamen, si quod suarum sit vel artium vel officinarum, rogentur, nemini consilio cesserint. Imò & hic ausim dicere, meos parentes in rebus quoque nostris, quæ sunt ingenij sagacitate, & multarum rerum experientia, posse multa benè consulere, sed nolle, ne sutores vltra crepidam, quod dicitur: cæterùm malle aliorum stare iudicio. P. Quid tui possint nescio equidem. Hoc scio, meos in alieno choro si pedes posuerint, parum valituros consilio. Audi quid dudũ mecum egerint mei parentes. Assidebant ambo cum meis & fratribus & sororibus ad focũ, lucubrantes in multam noctem, vt moris est hybernis vesperis, alius hoc, alius illud operis rustici facientes. Ego me abdiderã in Musæum secretius, vt semotis arbitris, & fabulis illorum alienus, quietiori ingenio & dexteriori Minerua meos euoluere libros, & cum mutis magistris fabularer. Tandem oculis somno grauatis, & tempore ad dormiendum inuitante, focum adij calfacturus pedes, atq; ita calidis pedibus cubitũ iturus, meq; quieti daturus. Tum pater: Locuti hîc sumus, inquit, fili de rebus tuis, atq; miramur quando studendi finem sis habiturus. Cùm annis superioribus primos tibi pararemus libros, sperabamus postquam illos perdidicisses atque teneres, studiorum forè finem. Addidimus postea plures. Quin & indies plurium plurium

[Margin: dat hẽ niemãt meer ondẽwinne dã hy can. | steke ẽ sij haren cloet in een anders mans vairwater. | Laet waken de. | dat ick beter sou studeren. | om slapen te gaen.]

riumq; es auidus. Quando tandem cyclopediam istam absolueris? Credideramus annis abhinc tribus aut quatuor, cùm primùm te literis cõtradideramus, post pauculos annos eò te gradum in studiis facilè facturum, quò noster pastor: atq; vbi promouisses eò, vt idoneus rei diuinæ esses faciendæ, tum demum omnibus te literarũ numeris absolutum futurum, nihilq; amplius superfuturum, quò proficeres longius: at rerum tuarũ necdum videmus vllum finem. Imò quod grauius est, iam primùm videris studium auspicari, quasi hactenus nihil egisses. Quin & somnias aliquãdo, nescio quò peregrè, studendi scilicet gratia profectionem. Louanium credo vocas: quasi noster Curio maximus sit inferior illis. Quid autem peregrè facturus, aut in exilio, nisi vt nostrum tenuem thesaurũ exhaurias totum? Hæc & similia ille. Cui cùm responderem, neq; esse, neque fuisse, neq; fore quenquam in hoc mundo, qui tam euaserit edoctus vnquam, vt nõ semper multò plura restent quæ ignoret, quàm quæ didicerit & sciat: literarumq; studium esse infinitũ quendam Oceanum, quem longè minus totum vnquam penetres & perscruteris, quàm hoc vastum pelagus, quod totum terrarum orbem ambit, nucis auellanæ testa exhaurias. Tum rursus ille: Studium igitur vestrũ, inquit, haud absimile mihi videtur summæ ædi D. Petro Apostolorum primo sacræ apud

Swãneer sul dy wtgheleert zijn? Doe wy v eerst tscole geset haddẽ so hooch geleert als õs prochiaen/ dat ghi mocht cruyn halen.

Agrip-

Agrippinam Vbiorum Metropolim, quam quantum quantum ædificent Colonienſes, nunquam dicuntur exædificaturi. Et addidit: O vtinam te nunquam tradidiſſemus literis. Opes noſtrę ſtudio iſti infinito nō ſunt pares excolendo. Tandem poſt multa verba vltro citroq; habita rogaui parentes, ocioſo animo eſſent, ſuperos bene, quod reliquum eſſet ſtudij, ſecundaturos atq; fortunaturos.

wy mogē v nz altijt tſcotē houwē liggē.

Quibus vrgentibus, quid tandem de ſtudio meo ſint ſperaturi: reſpōdi me breui ſententiam meam aperturum, in quē ſcopum ſim tela mea directurus, & in quem portum hoc iter inceptum deſtinaturus. Modò ipſi me ab incepto curſu nō reuocent, aliquando forſan pòſt mecū gauiſuros: nam quanuis non cuiuis hominum contingat adire Corinthū, eſſe tamen quodam prodire tenus, ſi non datur vltra: imò & plurimos eſſe qui ex humili & loco & re per literarum ocium emerſerint atq; prouecti ſint ad ſumma & ſplendidiſſima quæq;: Exempla non pauca eſſe in promptu & vbiuis obuia.

wat ick werdē ſou latē begaē

mē raectal wat voort

Van cleynen ſtof tot grote ſtaet

Hæc quanquam & id genus alia parētibus rerum mearum ſollicitis, quaſi nihil mei anxius ipſe, fidenti animo reſpondi, attamen vt id quod res eſt dicam, & ipſe multum animi ſuſpenſus ſum. Quod te rogo, quid illis verè reſpondeam, & quā vitæ rationem potiſſimum ſequar, pro tua ſententia promas. G. Meam ſententiā tibi paucis verbis fácile aperiam: quam ſi voles imitabe-

taberis. P. Quid ni velim? Tua mihi verba sunt grauiora, quàm si ex tripode Apollinis profecta scire. At ne quid putes me auribus tuis dare, ex animi sententia loquor, ita me superi ament.

Ic hou so veel van u woorden/ alst heilich euangeli.

G. Haud equidem tali me dignor honore, quali tu me cumulas. Verùm quanquam tu me honestioribus depingis coloribus, mihiq; plus tribuis q̃ ipse vel agnoscam vel postulem, tamen ne sequamur ambages, id in medio relinquã, & ad rem veniã.

Ic ken my die eer niz weerdich

Dat sal ic laté d;iné.

Ad quod me hactenus accommodaui humanitatis studium, in eo cõtinenter perseuerare certum est: neq; ab eo me patiar vlla ratione auelli, ne si patria quidem mihi esset exilio mutanda, cedendumq; mihi esset cũ Biante Priænensi, de quo nuper ex Valerio Max. didicimus, bonis omnibus patriis. Nam quod Neronem dixisse ferunt, Τὸ τέχνιον πᾶσα γαῖα τρέφει. id est, Artem quæuis alit terra: id equidem credo tam verum, quàm quod longe verissimum.

Die kunst heeft ouer al de kost.

Omnia enim quæ mundi huius vasto ambitu continentur, quæque sol sua illustrat fouetq; lampade, neq; temporum sunt, neq; ætatum oĩum, neq; locorum. Possessiones subinde mutant suos dominos. Nam (vt Ofellus Horatianus verè concionatur) propriȩ telluris herum natura neq; illum, Nec me, nec quenquã statuit: nos expulit ille, Illum aut nequicies aut vafri inscitia iuris, Postremum expellet certe viuacior hæres. Nunc ager Vmbreni sub nomine, nuper

Waer wy leuen/niet hebbē wy eyghen.

Ofel

Ofelli dictus, erit nulli proprius: sed cedet in vsum Nunc mihi nunc alij. Si quos corrasisti nummos, eos vel fures, vel hostes, vel incendia, vel alij varij casus eripere possunt. Imperia & regna, quamuis firmo videantur tibicine fulta, labuntur & in nihilum recidũt, neq; sunt propria vnius. Quin sæpenumero accidisse legimus, vt qui prius fuissent illustrissimis honoribus conspicui, & tam altis euecti sedibus, vt tantùm non se digito cœlum contigisse arbitrarentur, tandem reflantibus ventis & aduersante fortuna ad extremas miserias delapsi, Iro, Codróque pauperiores euaserint, omnibusque exuti bonis & destituti subsidiis, ad vnicum tandẽ suæ eruditionis asylum confugerint. Vt omnia alia defluant, ruant, labefactentur, pereant: sola literarum cognitio nunquam labascit, nunq̃ deserit. Bonarũ artium studia adolescentiam agunt, senectutẽ oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugiũ & solatium prębent: delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur: quæ neq; fortunæ improbitas, neq; humanæ vires labefactare queunt. Veraq; eruditio totius boni instar quoddam est, iuxta illud Biantis: Omnia mea mecum porto. Ex hoc igitur viuendi instituto, sine dubio me facile paraturum spero, vnde hanc vitam commode traducam, etiamsi ne minima quidem mihi sint diuitiarum ramẽta. Imo multò facilius, quàm

hebdi swat ingeldekens by een gescrabt.

tstaet al op sweec grõt.

hooge bergẽ ooc swel ten dale comen.

Tot stude ren keeren.

Clergie geeft groo tẽ troost in alle dinck.

al had ick ooc niet eẽ bedd in minen nest.

quàm ex quouis alio viuendi modo. P. Id nõ
fit mihi admodum verisimile, cùm negocia-
toria siue mercatoria ars longè videatur fer-
tilior, lucrosior; diuitiarumq; copia affluen-
tior. Equidem noui multos ex tenuibus or-
tos parẽtibus, qui ex mercatura tantum sibi
diuitiarum breui cumulum vndecunq; con-
flarunt atque cõgesserunt, quantum vix mil
uus oberret. Quid tale reperias in iis, qui hu
manitatis studia consectantur? G. Nõ eo in-
ficias id euenire nonnunq̃. Quin & ipse hu-
iuscemodi multos noui. At ediuerso nõ pau
ciores, credo, inuenias locupletibus natos pa
rentibus, qui quãtumuis noctes & dies quæ-
stuosam mercaturã sectati, tantum abest vt
rem vllam fecerint, vt eò tandem pauperta-
tis deuenerint, qui ne obolum quidem habe
rent, vnde restim emerent, neque sanè habe
rent, vbi pedem ponerent: Imò qui inter di
tissimos aliquando mercatores relati, postea
coacti essent cedere creditoribus, & patrias
sedes clam exilio mutare. Quid verò tale in-
uenias in literarum cultoribus? Imò si diui-
tias putemus spectandas, quas tamen nõ ad-
modum moror, nisi quantulæ satis sint non
luxui, sed frugalitati huius vitæ, hac nostra
arte literaria nullam crediderim aliam vbe-
riorem, nullam quæstuosiorem, μηδεμίαν
(vt & Græcè balbutiam) τῶν ἐπιτηδείων πο
ριστικωτέραν, μᾶλλον δὲ χρηματιστικωτέραν.
Vnicus ille nostras Hadrianus. vi. Pont. Max.
abun

sij hebben so swaren goet ver-gaert.

dat sy iet bedijt heb ben.

ermer dan erm.

banckeroet spelen.

daer ic niet veel nae en vrage.

geen groo-ter gewin.

abundè magno mihi fuerit documẽto,& suf ficienti exemplo, qui ex mendico puerulo, quod pace eius dixerim, eò tandem promouit,vt non modò locupletissimus,sed etiam honoratissimus & mortalium optimus maximus euaserit: sed quibus tandem artibus? Nundinariisne, aut aliis quibuslibet prophanis? imò literariis. I nunc,& studio literario, si voles, quiduis aliud præfer, quod κέρδιον καὶ χρησιμώτερον πρὸς τὰ ἄλφιτα, vt aiunt, credas: ego meum animũ ita obfirmaui, vt nunquam vlli studio vllive arti sim ocium literarium crediturus meritò postferendũ.

Ic hebt so vast voer mi genomen.

P. Quid igitur? G. Expecta tantisper Petre, dum verba mea absoluero, deinde loquitor, quantum quantum voles. Paucis aduerte docebo, quæ sedeat sententia menti. Omnis ars atque industria, quæ ad rem faciendam sit destinata, fallax est & incerta. Vbi fortuna nõ aspiret, etiamsi pro viribus agas, nihil promoueas. At bonarum artium cultura & eruditio, quoquo exerceatur modo, tantisper quidem, dum sis & compos mentis,& voluntatis integræ, neque abutaris tua scientia, nunquã te tua spe,& fructus expectatione frustrabitur. Nec quisquã est tam extremè pauper, si modò sit literatus,& sua literatura ritè & legitimè vtatur, quin facile sibi sit affatim cõparaturus vnde viuat. Argumento est Dionysius ille tyrannus quondã opulentissimus, qui cùm esset regno & opibus

Kunst en Anustheit

by h sinnẽ eñ fray op h leden.

Wt zijn goet ghe-worpen.

exu-

exutus,& ad incitas redactus,ne nimiis iniquæ fortunæ tempestatibus conflictaretur, & inediæ fluctibus obrueretur: ad suam scientiam tanquam ad sacram quandam anchoram perfugit, puerisq́ue erudiendis ludum literarium aperuit Corinthi: vnde & natum est prouerbium: Dionysius Corinthi. Historia est omnibus lippis & tonsoribus nota,nec tibi (opinor) inaudita. P. Audire memini. G. Dixi equidem. iam tu si quid habes,loquere. Per me licet quidlibet iam loquare. Iam loquendi arbitrium tibi facimus. Iam tibi hanc loquendi lampada tradimus. Si quid habes in contrarium,quo sententiam meam oppugnes,iam facta loquendi copia,liberè dicito. P. Quid habeam in contrarium? Assentior tibi omnia. Quod tibi videtur optimum factu,id mihi quoq; arridet, vt studiis inhærere pergam. Quod animo tuo sedet, meo quoque sedet: pedibusq́ue ambobus in sententiam tuam discedo: quare continenter tecum studiis insistã, neque ab illis,adminiculante Deo,resiliam vnquam. G. Quod tibi consulo, crede mihi,id erit tibi factu consultissimum. P. Sed audi,est præterea quod rogẽ. Eruditio multiiuga est,& in varios se scindit vsus. Quidã enim Iurisprudentię nauant operam,& euadũt aut in Senatores, aut in Aduocatos, aut in publicos & authoratos ciuitatũ,vel Oratores,vel Iurisconsultos, qui vbi res postu-

De kinderē op straet weten.

Nv spreect wat ghy wilt.

ic amēt al.

So ghy raet/wil ick.

noch moet ic wat vraghen.

let, ſint conſulibus & ſenatui, totique popu lo, aut ab orationibus, aut à legationib⁹, aut à conſiliis, quos vocant penſionarios. Quidam ad rem medicam omne & ingenium & ſtudium adiungunt. Alij in ſola arte bene dicendi, totum, quod datum eſt à ſuperis, & tempus conterunt, & vitæ ſuæ tranſigunt æuum. Nonnulli præterea diuinarũ rerum ſtudia, tanto aliis omnibus, ni fallor, præſtantiora, quantò ſublimioris & diuinioris tum argumenti, tum fructus, ſummis ingenij viribus amplectuntur. Quin & inter doctos eoſque tam multiformes, quàm nunc ex parte aliqua diximus, non eadem eſt vitæ traducendæ ratio. Quibuſdam arrident connubia; aliis vita cœlebs. Sunt qui ſeſe in monaſterium aliquod, aut phrontiſterium eremiticum abdant. Sunt item qui in mediis vrbibus, aut ſacerdotes, aut ludi magiſtros agant. Quis paucis narret verbis omnia? Quam igitur vitæ viam mihi es author vt inſiſtam? G. Me authore, diuinis te officiis, poſthabito coniugio, dedicabis. P. Vis ergo monachus euadam. G. Id equidem neque ſuadeo admodum, neque vehementer diſſuadeo, ſed tuo met ipſius arbitrio permitto. Hoc tamen ingenuè fateor, ſi vel te vel alium quempiam monaſticæ ſcirem vitæ candidatum, omnibus me ſuffragiis, omnibus machinis, quibus poſſem, velle anniti, vt ſicubi collegium ſit monaſticum bonis &

Die geleerde en leuens alleens

Sommighe huwen/ſommige niet.

Dat wil ic v vryelijc belijden.

& inſtitutis & moribus bene compoſitum, & antiqua religione conſpicuum, quale eſt Blocceranum apud Ceratopolim Hollandicam: qualia & Franciſcanorum ſunt, ni fallor, paſſim omnia: & multa alia, voti tui cōpos euaderes, & ampliſſimis honoribus illis, vereq́ue diuinis aliquando fungerêre. At vt cuiquam claſſicū canam ad huiuſcemodi genus vitę vel inuito vel ſua ſponte non ſatis propenſo, id equidem cōmittere nolim. Res enim eſt (crede mihi) maioris momenti, quàm vt humanis auſpiciis, & nō potius Spiritus Sancti extimulationibus ſit ineunda. Verùm hoc tibi ſaltem ſuaſero, quanquam & id diuino numine magis pendeat quàm humano conſilio, vt niſi inuitam Mineruam ſenſeris & ingenium rebelle, te cures initiandum ſacris, nomenq́ue des diuino ſacerdotio: atque in hoc pro virili incumbas, vt in virum & doctum & eloquentem euadas, aptumq́ue diuinis concionibus aliquando poſtea habendis, ſi modò ad id fortè muneris te vocare dignabitur Deus optimus max. Veruntamen non ita te compares, vt ex ſacerdotio parandum tibi putes ocium, in quo luxu atque ebrietate contabeſcas: vt id genus ſolent plurimi, proh dolor, qui vbi ſuarū precum vix penſum abſoluerint perfunctoriè & frigidè, tum ſibi videntur magnificè ſuo ſacerdotali munere perfuncti. Satius & ſaluti vicinius foret

Mensche wenck oft oorspronc.

Staet meer op God dã op mensch raet.

om te predicken.

Schict v al so niet/om op priesterschap luy en lecker te leuen.

pascere porcos, aut bubulcum vel opilionem agere, quàm huiuscemodi Sacrificulum esse, cui id sit quotidiano studio, magis qui Baccho & Veneri, quàm qui Christo litet. P. At sacerdotium hoc seculo iacet vbique, neque vllo habetur numero. G. Satis difficili atque iniquo loco (fateor) hæc res modò est: cæterum apud impios. Apud pios verò, meliori loco esse, ne optandum quidem, quàm sit. Pios enim & germanos verosq; rerum æstimatores videmus ordinem Christi, vt par est, etiamnum maximo honori habere. Verùm non est in hac vita honor spectandus, sed post cineres expectandus: vt taceam quod pulchrum sit & laudabile ab improbis lacerari atq; conculcari; quemadmodum accidit summo sacerdotum & totius virtutis archetypo Christo Iesu. Pulchrum est athletã placere Herculi, & mimum Roscio. At longè omnium pulcherrimum, placere militem Christianũ & assimilẽ esse suo duci & primipilari Christo, cui vt nomen dedit, ita & ab eodem nomen inuenit, idque immortalitatis authoramentum, modò vt suo nomini moribus respondeat. Porrò quod boni sacerdotes male audiunt, & ab impiis despiciuntur, propter nonnullos malos & improbos, qui semetipsos morum indignitate abiectos, contemptos atque despectos reddunt, id bonis, postquam huius vitæ sint defuncti munere,

In geenẽ waerden. Tis quaet genoech. Den goedẽ te behagen / dats prijselijck. Is hy dat hi geheetẽ werdt. Als sij doot sijn

in summum & immortalem cedet honorẽ.
Habes sententiam meam: reliquum est, vt
tu, quod factu optimum putes, imitêre. Si
melius quid habes accerse, vel imperiũ fer.
licet non tam imperem, quàm consulam,
suadeam & rogem. P. Nihil habeo melius.
Tuis stabo dictis, tuaque sententia manebo. so ghi segt
Quod dixti, semper animo meo fixum, im- soll ic doẽ.
motumque sedebit. Consiliumque tuum &
moribus, & studio, & vitæ totius constituti-
one exprimá. Eram animi profectò suspen-
sus admodum, priusquam huc pedem retu-
lisses. Nunc verò mihi aquam ita aspersisti, Ghy hebt
tuisque dictis ita mihi redditus est animus, my ghe-
& ad studia redaccensus, vt ne ipsa quidem sterct.
Suadela me sit vnquam ab hac sententia di-
motura. Ago igitur mi Guilielme gratias
tibi immortales: meque pleniore tibi be-
neficio deuinctum fateor, quàm vt par sim
gratiis sat dignis vnquam referendis. G.
Vale mi Petre: vespera enim appetit. Tem- Den auõt
pus est vt domum me recipiam. P. Vale compt.
quoque plus milies mi mellitissime Gui-
lielme, & me quandocunque per studia &
occupationes licebit, interuise. G. Id lu- besoect mi
bens facerem, nisi metuerem ne vel tibi, somtijts.
vel parentibus tuis vnquam importunus
venirem interpellator. Petr. Metum ina- Tonpas
nem metuis. Facessat ista δυσωπία, & in- comen.
utilis timor. Nisi perinde gratus venias, Compt
quandocunq; studendi gratia veneris, atque blijlijck.

si ipsus met ego, post longum exilium, tandem aliquando, diu multùmque expectatus, postliminio redirem domum, quiduis feram incómodi, aut quolibet mulcter damno, si modò quicq̃ contrà quàm dixerim, reperias vnquam. G. Credo tibi vel iniurato, faciamque subinde quod postulas. P. Ex animo vereque postulo. G. Quid opus est verbis multis? fidem habeo dictis tuis. Vale. P. Vale quoque.

Ic geloof u sonder eet.

RIXOSA CONFABVLATIO.

Iacobus Bammius, Sibrandus Stammius, Cato Censor: colloquutores. Ia.

QVid lachrymatus es Sibrande? Quid fleuisti? Cur fudisti lachrymas? Cur lachrymis tibi manarunt oculi? Quam ob rem tibi lachrymæ manarunt oculis? Cur lachrymas reddidisti? Cur lachrymæ cecidere genis? Cur lachrymas oculis profudisti? Cur tibi fletus est super ora profusus? Cur fletibus tibi maduerunt oculi? Cur tibi profluxerunt ex oculis lachrymæ? Quid tua lumina soluit in lachrymas? Cur oculorum orbes rigasti lachrymis? S. Quis lachrymauit? Ego non sum lachrymatus.

Waerom hebt ghy gescreyt?

I. Quasi non videam. Etiamnum oculis liquuntur lachrymæ. Oculi tibi rubent planè ac tument. Rubore insolito atque tumore affecta sunt tibi lumina. Oculi sunt tibi mirè rubicundi & turgidi atque inflati tu-

V oogshen zijn root ende ghezwollen.

tumore nouo. Oculi tui rarum quendam induerunt redduntq; ruborem, atque adeò intumeſcunt & turgent, quod eſt euidens argumentum fletus. Quin pendet adhuc oculis tuis vna atq; altera lachrymula. Siccine credis me cæcutire, vt rorem ex oculis tuis ſtillare non videam? Tam maligno ſuſpicaris me viſu, vt quod proximè ſit obiectum oculis meis, nō contingam viſu? Men' oculis captum putas, vt tua ſtillare lachrymis nō videam lumina? Men' lolio victitaſſe credis, vt parum proſpiciam? Adeon videor tibi luſcioſus, aut cæcus, vt genas tuas nō videam lachrymis etiamnum perfuſas? An me vel Hypſæa, vel Tireſia, vel talpa cæciorem exiſtimas, vt me non videre arbitreris, quod oculi adhuc tibi madeant, fluant, rorent, ſtillent, manent, pluant lachrymis, aut liquantur fletibus? Vis vnam lachrymarum ſtillam oculis tuis ſubiiciam, vt & tu videas? S. Abſtine manum verbero: niſi mauis vnum atq; alterum tibi digitum vulneribus affectum retrahere. Contine digitos maſtigia, niſi retrahere malis tam largo ſtillantes ſanguine, quàm lumina mea fletibus vnquam manarint. Tene manus verbereum caput. Si me contigeris vel primoribus digitis, non integer abibis. Si me vel extremis digitulis ſcelus attigeris, eos ita morſibus multabo, vt dolorem non ſis breui abſterſurus. I. Si tale quid auſu nefario deſi-

Noch zijn v ooghē be ſchreyt.

Houdt ghy mi ſo blint dat ic v trane niet en ſie afvallē van oogē

hout v hāt thuys/ oft ick geue v wat op v hant.

Doet ghy yet quaets ghy sullet niet te vergeefs doë. gnares & in me cõmitteres, non cum homine mutilo, aut manco, aut inermi rem tibi esse videres, certè non placido atq; benigno me vtereris, sed euestigio sentires, qui vir essem, & quàm promptis manibus. Malles tibi rem esse cum cacodæmone, quem sola cruce abigas facilè, & propellas longè. Si istiusmodi quippiā in me patrares, grauem tibi Camarinā moueres. Octipedem excitares. Crabrones irritares. nouū sanè atq; memorabile videres spectaculum. Si me vel leuissimo morsu peteres, vel vllo afficeres dolore, cumulatissimo tibi fœnore istud rependerem: fœneratū istud tibi pulchrè redderē: faceremq; vt huius loci dieiq; meiq; semper quoad viueres, memor esses. Ante expectatū tibi in cæsariē istam, & impexos cirros inuolarem, nasum præmorderem, dentes labefactarem, genas lacerarem vnguibus, caputq; omnibus tibi capillis ita nudarem, vt affecta hyeme vix vlla possit inueniri arbos magis viduata foliorū & fructuū phaleris. Caput tibi tam caluum, tam depilatum redderem, q̃ sunt exuti plumis capones, iamiam verubus figendi atque torrendi: imò q̃ deplumis possit esse vlla auis iam recens nata & inuolucris adhuc, aut quàm sit glabra vola manus, vt bulbum potius crederes q̃ caput. S. Canes qui multum latrant, perrarò mordent: lauri crepitū ardentis nil metuo. Ia. Quid mussas? S. Deos comprecor linguā

Ghy sout uwen man thuys vinden.

Ick soude mijn hair wech halē.

Blaffende hōdē bijtē as haestich

tibi dent agiliorem. Ancyloglosso laborare
videris, quod lingua faucibus ita hæret, nec
vllis scilicet lapsantibus scatet verbis. Quid
si tibi cultello hoc linguæ vinculum non ni
hil soluam? multo promptius agitabitur, &
mentem longius præcurret. Ex musca ele- vã eẽ sceet
phantem feceris, & Herculem ipsum verbo- suldy swel
rum & minarũ viribus superes. Ia. Loripidẽ eẽ donder
rectus derideat, Æthiopem albus. S. Atat. slachmakẽ
Ia. Quid es attonitus? S. Adest Corycæus Daer is
quispiá, is videtur inaudisse omnia. Prodit eẽ luyster
em̃ ex latebris, vbi nos obseruasse videtur. vinck.
Conticeamus. Digito cõpescamus labella. Mont toe
Harpocratẽ reddamus. Aut pripiamus nos
hinc, & diuersi abeamus. Ia. Minimè istud
fuerit consultũ: suspectos redderemus nos.
Resistamus & loquamur latinè, nec graue-
mur hominis aduentũ. S. Quid loquamur,
quo dissimulemus nostras rixas, & literariá
assimulemus commentationem? Nihil suc
currit, verba frigent, lingua stupet & mens. Ic en weet
Abeo. Ia. Iste Ceruinus homo pudefaciet nz te seggẽ
nos. Quin & ipse abeo? C. Hem quò vos waer vlu-
subducitis? quò proripitis vos? quò clam cht ghy?
facessitis? quò subterfugitis? quò vos amo-
limini, aduentante me? S. Abimus, quò nos wij gaen/
tempus & res vocat, non videramus te. Eu- dair wi we
ge gratus est nobis huc aditus tuus. C. Tam sen moetẽ.
gratus scilicet, quàm primus dies parsimo-
niarum hominibus abdomini & ventri de-
ditis. Ia. Quid ni gratus? Si te sperassemus
huc

huc aduentaturum, perstitissemus diutius. Contulimus sermones de communibus studiis, & cōmodum tractauimus dictata antemeridianis heri & pomeridianis scholis audita. Incidimusq; in nodum quendam, quē neuter nostrum soluere quibat: atq; eam ob rem diuulsi sumus, atque diuersi abiuimus.

Segghet noch eens. Bast v. C. Promite nunc iam denuo, faciam ego periculum, an soluere queam. Præcipitate moras, non est hîc mihi integrum stare diu. Alter vestrum proloquatur: quid obticetis? quid moramini? S. Dic Iacobe. I. Quin tu dicito. S. Excidit mihi. I. Certe non excidit mihi, non tamen clarè obuersatur animo.

Sloopt my voer mijn hooft. Obuolitat animo quasi per tenebras, aut per nebulam. Si liceat expectare aliquantisper, dum discussis animi tenebris bene reminiscar, dicam. C. Heus Sibrande, quid stas elinguis vt Bagas? subserui huius orationi.

Helpt dat hem ghedencken. Si vel paulùm sarcias huius memoriam, sciat. Tuum est nunc suggerere, & memoriæ labenti succurrere. Explee huius obliuionis lacunam.

Sloopt my voer minē mont. I. Natat in ore, nec tamen in lucem vult prodire. Velim nolim, plenè meminisse non possum, vt cum laude eloquar. Præstat taceam. C. Ridiculum caput: quasi nesciam, quid inter vos egeritis. Exaudiui omnia. Fabulati estis germanicè.

Ghy hebt duyts ghesproken. Nostrati lingua non Rhomana vsi estis. Nostratia funditastis verba, nō latina, quod est alienum à professione vestra. Ego vos

noto

noto germanicæ locutionis præhenſos, & multandos curabo vel flagris, vel pœna pecuniaria. Ego vos agam reos noſtratis loquelæ. Ego vos arceſſam & poſtulabo teutonicæ loquacitatis, germanici ſermonis, noſtratis colloqnij, & puniendos curabo legitima multa. Commiſiſtis multam, quod noſtrati lingua eſtis abuſi, eam vobis irrogandam curabo. Audiui præterea vehementioribus atque aſperioribus vos verbis alterum aduerſus alterum vſos, quàm æquum ſit ſcholaſticis. Audiui vos iurgatos eſſe verbis acerbioribus, vos altercatos atque rixatos eſſe grauius, quàm decuerit humanitatis ſtudio deditis, & eidem magiſtro dantibus operã. Animaduerti vos tam inimicis atque acribus diſſediſſe & cõtendiſſe verbis, vt parum abfuerit, quin in mutua proſilieritis verbera, vt tantùm non ad manus & ad pugnam res venerit. Vidi vos in tam inſanam atque rabioſam abiiſſe contentionem, vt niſi interueniſſem, manus inter vos hoſtiliter conſeruiſſetis. quod præceptor noſter: quid autem præceptor? imò Chriſtus ipſe odit cane peius & angue. Id igitur quando nõ leui expiandum eſt multa, deferam ad pręceptorem, vt id quicquid eſt flagitij, ſuis ille verberibus luſtret, ſuis expiet flagris, vt ille veſtras lites dirimat, & pacem inter vos componat, vt ille vos mutuæ reſtituat gratiæ, vt ille amicitiam veſtram iamdudum quaſſatã

Jck noteer v.

Jck heb v kiuen en knibbelen gehoort.

Tot vechtens toe.

Dat hy v weder tſamen goet brient mæke.

atq; solutam resarciat, vt ille inter vos agat reconciliatorem: vt ille animos vestros iamdudum odio mutuo dissidentes reconciliet: vt is operam det, quò gratiam alter cum altero rursum ineatis. S. Obsecramus optime Cato, ne nos apud præceptorem harum rixarum postules, reosque agas. Maximam nobiscum gratiam inibis, nosque tibi summo beneficio demereberis. I. Sine te exoremus: cumulabimus te quibuscunque voles muneribus. Munerabimur te, quibus quibus voles donis. Afficiemus te muneribus, quàm voles amplissimis. Quin & nos, quodcunq; tibi vnquam sit insistendũ negotium, quicunque labor subeundus, quando nostram postulabis operã, semper habebis tibi promptissimos paratissimosque. Semper, quando voles, nostram tibi operam dabimus, quicquid tibi sit negotij obeundum. Semper nobis vteris, quicquid tibi sit conficiendũ negotij, facilibus, beneuolis atq; promptis auxiliatoribus. Semper quando nostri egebis, tuam perinde rem nauabimus, atq; nostram ipsorum. C. Nunc blandioribus vteris verbis, quàm hesterno die, quando libros tuos rogabam aliquantisper vtendos, at concedere nolebas. I. En tibi ô lepidum caput. In rem tuam sunt, quotquot mihi sunt libri. Vtere vel omnibus, vel quibuslibet, pro tuo arbitratu, quanto voles tempore. Verùm quod scis, nescito.

Ghy sult ons beste quãt sijn

Wij sullen v geuẽ en doen wat ghy wilt.

Nu kundt ghy wel scoon sprekẽ/&c.

DE STRENVLIS NOVI ANNI, & IVRAMENTO VITANDO.

Hierardus Diddinus, & Petrus Pillicanus, colloquutores.

Hi. QVid est Petre, quòd sic præ læticia
gestis? Quid tam lætus es, fron-

Waerō sijt soe blyde/ vrolijck?

teque exporrecta, atque hilari? Quid ita
frontem exporrigis, vultumque diffundis,
& te lætum exhibes? Petr. Rogas, quum
sint hodie trium Regum feriæ præcidaniæ?

Dertien auent.

Hier. Quid tum postea? Petr. Nescis, quid
hodie facere solemus, qui hanc in rem an-
tesignanus assoles esse? qui hac in re pup-
pis & prora soles esse? Hier. Ita me dij be-

De meeste/ doen en laten sijn.

ne ament, vt sum istud nescius. Emoriar si
sciam. Petr. Apage, eam ne ob rem leui-
usculam iuras? Siccine ob rem leuiculam

Sweerdy om sulken werken.

iuras? Hier. Quid ni iurem, veritate nixus?
Verè nescio quod rogas. Petr. Quanuis ne-
scias, non tamen continuò iurandum fue-
rat. Nobis Christianis interdictum est iu-
reiurando, nisi fortè ob rem valde grauem,
magniq; momenti. Nam quemadmodum
qui multiloquus est, mendaciis scatere so-
let, ita etiam qui ad iurandũ præceps est, vel
nescius aliquando peierat. Id quod à Chri-
stiano homine debet esse alienissimum.
Cautum est lege nostra, ne iuremus om-

Tis ons verboden.

nino, nisi fortè vel Diomedæa quapiam ne-
cessitate, vel summa vtilitate postulante.

H.

Jck sal mi ner af wennen.

H. Posthac cauebo, ne hunc ad lapidem amplius offendam. Exuam hanc iurandi consuetudinem. Si me posthac amplius hoc crimine depræhenderis, quamlibet multam errogandam curato. P. Nihil peius assuetudine mala. H. Scio hanc vulgarem iurandi consuetudinem oppidò malam esse: quare posthac cauebo. P. Id consultissimũ fuerit. Discamus quidem ex Vergilio, Cicerone, Terentio, aliisque optimis latinę linguæ authoribus, quæ linguam nostram exornent & stilum expoliant: at si quid suis scriptis asperserint, quod Christianis institutis & moribus officiat, id neutiquam imitemur: qualis est ista illorum iurandi aut deuouendi promptitudo & facilitas: Moriar: Emoriar: Peream: Dispeream: Ita me deus amet: Per Iouem. Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat: νὴ τὸν δία, μὰ τὸν δία: & quæ sint eiusdem farinæ. Huiusmodi enim linguarum dedecora, longe lateque à nostris moribus exulare debent. H. Recte mones: atq; istis monitis obtemperabo posthac cautius. Dediscenda est hæc mihi mala iurandi consuetudo. P. Sed extra iocum, vt ad rem redeamus, nescis quod pueri hodie, ab amicis & vicinis, quibus se sistant, & quos visendi gratia adeant, accipere solent poma, pyra, nuces, libum, pecuniam, & id genus alia, siue xenia, siue strenulas vocitare velis? H. Iam redit in mentem.

tem. Non succurrebat antea. Non memineram prius. P. Quare ocyus ad archididascalum properemus, atque dimissionem petamus, tantisper, dum amicos visamus, & ab illis strenam aliquam accipiamus. H. Recte mones. Eamus. P. Heus quid moraris? Resilis à proposito? Non stas dicto? Cur tergiuersaris? H. Vereor vt præceptor scommatis nos excipiat, & obiurget: ne in nos stomachetur: ne nobis indignetur: ne acribus nos verbis protelet: quòd quas relictas oportuerat nuces, nunc repetamus, & ad crepundia redeamus. Quòd nos, qui è pueris excessimus, qui puerorũ in albo desiuimus esse, nunc ad nuces reuertamur. P. Quanuis natu maiusculi sumus, non minus tamen rerum suauium dulcedine capimur, nihilo minus tamen ducimur & oblectamur suauitate rerum, atque pueri. Tam sapit nostro palato, quod suaue est, quàm puerorũ. Certum est igitur perfricta fronte ad ludi magistrum ire. Tu si voles, consequitor. H. I præ, sequar.

Ick ducht dat de meestere met õs iocken ia bekiuẽ sal.

Kind kermis.

dat wi weꝺ so kints werden.

Al sijn wi groot/ wi mogẽ nochtans wel wat soets.

met eẽ houten voor=hooft.

PHILOPÆGMON ET POLYgraphus, colloquuntur alter de excursu in glaciem, alter de scribendi occupationibus.

PH. SI tibi sit vacuum Polygraphe. Si tibi sit ocium. Si vacet. Si sit integrum. Si tibi sit liberum. Si per occupationes tuas licet: ve-

Macht v gebueren.

Wyl ledich.

velim vnà mecum aliquò venias lusum: rogo mecum aliquantisper prodeambules: te mihi breuiusculę deambulationis comitem

Ist dz ghi nz scevier oocht.

præbeas oro. Po. Vacat vt vides. Cernis, opinor, nisi cæcutias, quàm integrum sit mihi tecum ire quoquàm vel lusum, vel deambulatum. Sedeo tantis districtus & occupatus,

Twee oft drij souden daer werc ghenoech an hebbē.

vt vides, scribendi negotiis, quantis vix duo tresve homines pares sint exhauriendis atq; perficiendis. Tantis occupor atq; distrahor laboribus, quantis vix quisquā manu promptissimus sufficiat exantlandis. Tot negotiorum vndis obruor, vt vix me toto hoc

Van al dē achter noē

tempore pomeridiano hinc expediero, tantum abest, vt liberum fore credas, animi tecum causa deambulare. Tantum mihi incumbit negotij, vt etiamsi nullum dem tem

Soo veel heb ick te doen.

pus vacuum laboris, vix tamen absoluero, quod sit hodie mihi opus facto atque perfecto. Tot implicor negotiis, vt vix, etiamsi centimanum, penè dixerim, dij dederint esse, me ex illis tempori explicem. Ph. Miror cur tibi pluribus semper opus sit scriptis q̃ mihi atque meæ farinæ aliis. Po. Non est

Dā ic en ander mijns ghelijck.

quod mireris. Et tibi fuerit abundè quod scriptites, si non insano & nimio lusitandi tenearis amore. Porrige mihi librum tuum, monstrabo tibi multas lacunas in superioribus dictatis, quas tibi peperit tua cessatio, quibus fit tibi tempore succisiuo perinde opus expletis, atque nunc mihi hisce scriptis.

Ph.

Ph. Valeant iſta tetrica, quæ frontem corrugent. Vrgeamus hanc ludendi occaſionē. Non ſemper erit talis aut copia, aut cōmoditas. Inuitat cœlum, & præceptor ludendi poteſtatem fecit. Pedes pruriunt. Animi libido gliſcit magis magisq;. Aliàs, quando deſyderabimus, fortè nō licebit vel per præceptorem, vel per aëris inclementiam. Quis enim aliàs bacchantibus ventis, aut ſæuientibus vel pluuijs vel niuibus, ſub dium prodeat? Cui libeat aliàs, quando horrebit cœlum vel imbribus, vel niuibus, vel furentibus ventorum procellis, exire ædibus, & in publicum prodire? Po. Si non erit aliàs vbi ludam, iſtud non dolebit mihi: erit vbi ſcribam aut ſtudeam. Ph. Amabo te veni mecū. Iſtud quicquid eſt negocij, poteris, ſi voles, cōmodius in aliud tempus protollere, comperendinare, protrahere, reiicere, prolatare, differre, procraſtinare, & nunc dare temporis non nihil luſibus. Quod enim non confeceris & abſolueris hodie, id non minus cō modè vel cras, vel perendie, vel ꝓxima hebdomade factum reddes, & ad vmbilicū duces. Quicquid nunc mea cauſſa poſthabueris, atq; infectum reliqueris, ei negocio facilè aliàs extremam manum addideris, & ſupremum faſtigium impoſueris. Aliàs facile colophonē addideris, ſi laboribus nunc vllis nondū perfectis mea gratia ſuperſederis. Po. Hanc ſcribendi operam non poſſum in-

Wech met deſe ſwaer richeyt.

Myn herte loect meer en meer.

om tquaet weer.

Buyten huys come(n)

Als regēt, ſneuwt, of ſtormt.

vertrecke, verlengē.

ēn nv ſpelen.

Immer ſo wel.

vol eynde af wercke(n)

Ic en kan dit niet laten ſtaen.

termittere, neque in aliud tempus tollere. Nam vbi hasce absoluero literas & obsignauero, tum demũ & alteras scribendas habebo, quas nisi tabellario ad vesperũ in tempore dedero, frustra totã hanc operã nauauero, frustraque scripsero: cùm is cras summo sit manè soluturus, & iter ingressurus. Quin & hisce confectis, restat in superioribus dictatis & mihi lacuna quædã (abfui enim nunc nuper semel ludo, nec interfui lectionibus) quæ mihi venit explenda. Ph. Hem, semper habes quod excuses. Eia agè, missa isthæc face, mecumq; abito nõ nisi vnam aut alterã horulam. Po. Quid istud? mos geratur homini nimis importuno. Sed quò me vocas? quò me inuitas? Ph. Vt descendamus vnà in glaciem, atq; inibi tempus aliquantisper lusu oblectemus. Po. Non ausim. Glacies nullo fulta est tibicine. Timeo vt sit satis firma, præsertim cùm superioribꝰ diebus nimis variarit cœlũ, nunc gelarit, nũc regelarit, nunc ninxerit, nunc nonnihil pluerit. Ph. Quin eadem opera times ne cœlũ ruat? nam & id nullis est suffultũ trabibus. Po. Id Atlantis sustentatur humeris. Ph. Illius humeri iam olim nimio fatiscunt onere, nec pares sunt perpetuo sustentãdis ponderibus tantis. At vt amoto quæramus seria ludo. Vide, quanta hoĩum myrmecia sese crediderit glaciei, quãta vis hoĩm illic agitet ludibunda, quibus si sat firma, satis solida sit glacies, quid

ni

Marginal glosses:
By tijts
Ic heb een benster te stoppẽ vã mijnẽ der suymẽ lesz
Altijt iet een/ dit oft dat.
Hoe quelt by my.
Het ijs en heeft geen balcken.
Wãt geen gestadich weder gespeelt is.
Sijn mat eñ moede.
alle ioc af. watte last oft menich te vã volc.

ni & nobis? Po. Quid istud? quando vis ita, mihi præito: sequar. Ph. Hem præeo, glaciemq; tibi scindo, cósequitor. Po. Subsequar pedetentim. Nam hæc via mihi raris est trita pedib⁹. Ph. Factū est mihi sępe periculū. Iam inde à teneris vnguiculis, cùm primū certis pedibus signare humū didiceram, hęc mihi frequēter pedū visa fuit via. Po. Papę, quàm pernicib⁹ illi volant pedibus per glaciem, non multo segnius, q̃ aues aëra transmittūt. Ph. Illā artē & ipse noui. Po. Exerce igitur, vt ipsę & videā & discam, ne penitus huc frustra sit ventū. Ph. Officiū & munus volādi sine alarū remigio extare nó potest. Si mihi sit ita peruolitanda glacies, talaria pedibus nectam oportet. Po, Indue talaria, mihiq; eorū, si in promptu tibi sint, par induendū cōcede. Ph. En tibi, heus tu, ignoras rationē induēdi, me vide, hoc modo induas oportet. Po. Teneo. Ph. Benè habet. Sic induta oportuit. Nunc coniiciamus nos in pedes, & auolitemus hinc. Po. Tu mihi præito, vt sciā quomodo sequar. Tu mihi pręludito & qua ratione sęquar, præscribito. Sat est, sequor. Hoi, hei, mihi rupta sunt ilia, & totū caput tuber ęst. Ph. Eho, quid manes istic? Quin sequeris? Po. Quid sequerer? vix primo moto pede, cecidi. Ph. Adsis huc, ego te manib⁹ porrectis leuabo. Po. Rides bipedū neqssime? Ego ringor parūq; à fletu absum, quod collapsus humi videor mihi nimio

Wat eens mensch.

al goelick.

Ic hebt te proeft.

Doē ic eerst leerde gaē.

Hoe snel glijt hy voort.

Wy mach ons vliegen sond vlerc ken.

rijtscoenē aenbindē,

Och lacen mijn lendē. mijn hooft is heel gezwollen.

ghy scabbe

Dat my threyn ontloopt/ lacht ghy daerom. præ dolore, vel latera fregisse, vel cerebrum diminuisse: at verò tu ludos deliciasque me facias? Huc malorum tu me pellexisti. I, quò dignus es cum tuis talaribus. Nunquã mihi posthac tam cómode dices, vt me denuo in similem nassam pellicias. Redibo domum ad meos mutos magistros. Malis huc me contuli auibus. Inauspicato huc tuli pedes. Redauspicandus est mihi & referendus domum gradus, nec vnquam huc reuocandus. Piscator ictus sapiam. Valeat glacies, Valeant talaria. Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. Ph. Vide vide, vt fugit homo, quasi aut œstro percitus, aut actus scutica. Audio hominem nescio quid secum sub lingua immurmurantem. Non consequar nunc, vt cum eo in gratiam redire studeam. Nimio enim irarum fluctuat æstu. Id auspicatius faciã vesperi, cùm hæc ira deferbuerit, modò non ablæserit sibi cerebrum, vel aliquod membrum luxarit. Id enim quod dij prohibeant, mihi cesserit male, qui fuerim author in glaciem excurrẽdi.

Ghy sult my so scoõ nz tocyzatẽ

Wech met de rijtscoenen.

Al volchd bẽsẽ gesel

Ic salt tanont beter doẽ als die gramheyt ouer is.

¶ Regnerus Staurianus, & Petrus Houius Mechlinianus, confabulantur de excursu in glaciem, & de gelicidij remissione.

R.

HEus tu, quisquis es, admitte me intrò, sine pateat hoc mihi ostium. Patet'ne cuiquam istuc ingressus? Heus, heus, nemon

machhier niemãt in?

mon' intus est? Quin potius expectem tacitus aliquantisper, simulatoque discessu, clam admotis auribus auscultē, num quem intus audiam strepitum. Siccine putas me obsurduisse, vt non exaudiam te spiritum ducere, & strepitum reddere? Pateat mihi aditus obsecro. Sine ingrediar ô bone. Fac mihi istuc introeundi copiam, amabo te. Pe. Quid hic facturus es? quid est tibi hic rei? R. Quid tibi istic negotij? P. Studeo: idque quando lubet. Re. Studebo vnà tecum. Pe. Quid istud? quando ita animum induxti atque obfirmasti tuum, adsis. Age age, quando ita iubes, fiat quod vis. R. Vbi sunt libri, quibus sis affixus, aut quos euoluas? Nullos video, quibus insudes libris. Vbi sunt muti magistri, quibus cum confabuleris? Pe. Quid? nullos vides libros? Plurimi stant circum circa, sua quisque statione, quasi milites in acie & in procinctu. Re. Video stare multos circunquaque ociosos & desitos, partim pulueribus obsitos, partim cum tineis & blattis pugnantes. At nullos video, quos studiosa manu tractes, & vigili mente voluas. Tu verò desides hic, & ocium agis à Musis alienum. Ocio torpescis inani: atque eam ob rem occlusis amas sedere foribus, ne quis arbiter tuam ignauiam conspicetur, eamque traducat & ridendam propinet. Quid ita resides quasi despondederis animum? Quid ita desides,

uwen adem verhalen.

Hoe dus? alst soe moet zijn.

Daer ghy in studeert

elck in zijn plaets/ soe de knechtē in haer lit.

vol mottē.

ghy sidt luy/ ledich.

quasi tibi anim⁹ in genua deciderit? Qui fit vt ita animo abiecto & quasi anxio sedeas, manibus in sinum insertis, pedibusq; subinde sursum in pluteum porrectis. P. Quid agerem? quî'ne sederem? Cui nunc in tam rigido gelicidio literis operam dare libeat? Nares fluitãt & stillant. Capitis pituita defluit naribus in libros. Fluidus humor stiriarum instar pendet & manat atque pluit naribus, quod exacta ætate hominibus & decrepitis silicerniis euenire solet. Manus rigent. Pedes ferme ad vsq; fœmora frigent: gestiuntq́ue in glaciem excurrere, atque inibi ad satietatem ludere, seséque cursibus & animum lusibus refocillare. R. Quid ni facis istud, cùm per præceptorem liceat, cœlumq́ue amœnum inuitet? P. Fecissem dudum, si quis se mihi comitem & ludendi socium obtulisset. R. Quid, nescis ipse viam, qua in glaciem eas? Pe. Probè viam noui: sed vnus vir, quod dicitur, nullus vir. Socium amat ludus. sine socio friget omnis lusus. Sed quid, si tu mecum in glaciem descendas? Abundè superest diei. Affatim & quidem satis superq́ue nos recreabimus, antequam vesper appetat. R. Nunquam tam commodè dices, vt eò me pellicias, quamuis vel montes auri pollicens. Glacies nullo est tibicine fulta, nec trabibus substructa, imò neque egelido hoc tempore satis dura, solida atq; firma. Si tutò peruia esset, non

Dat oft ghi de moet ŏ lorē gaeft. ter crompen sidt.

De noese druppt als den ouden luyden.

ghy buyck bol spelen.

Een man/ geen man.

de dach is noch lãck.

Al schect ghi ooc co perē potte. het is en geen balcken.

nõ tanta eſſet inibi ſolitudo, præſertim cœlo tam claro & amœno, omnibus & nubibus puro & flatibus libero. Si duas tresve gelaſſet hebdomadas, nõ dubitarem in eam tecum vnà deſcendere. Nunc vero vix dies ſex tenuit gelu, aut continens fuit: quin & ſeſe, ſi quid veri mens augurat, videtur remiſſurum. Videtur tota cœli facies remiſſiora atq; clementiora promittere tempora. Aura hæc molliuſcula atque leuior videtur glaciem refuſura atque ſolutura. Candidus hic Zephyrus torpentia frigora brumæ videtur iam iam relegaturus & glaciem liquefacturus. Videtur hoc cœlo in aquam breui reditura glacies. Aer eſt factus egelidus, vernamque quandam ſpirat clementiam, licet tu ſtudiorum frigore interno concretus aliud clamites, egelidabitur ſpero & ipſum glaciale frigus. Non igitur auſim me committere alieno ſolo. P. Hui, quid hominis tu es? Ceruinus vir es. Vel mure obſtrepente, credo, metuas. Vmbram tuam metuis. Timidior es proſpiciente, Piſandro, Epeo, atque Rheginis. Animus tibi in pedibus, ſuſpicor, habitat, non in arce capitis aut pectore. Credo te prognatum ex ouo Iudaico, quòd à glacie ſic abhorreas. Nam id genus homines, aiunt, nunquam ſe glaciei concredere, nunquam glacialibus vndis ſeſe committere, quod illam dictitent nullis ſuffultam aut ſu-

Daer souw so luttel volcx niet zijn.

Ses daghē geduert.

t'sal dooyen so mij dūct

dat sij dooyē sal doen smelten.

Werm-achtich.

Wee/wat een duaer de katte zijdy.

De Joden betrouwē dijs niet.

ſuſtentatam laquearibus, vt quæ rimas facilè ducat, aut det feneſtras, aut penitus ſubſidat, & veſtigia fallat, fugiat, deſtituatque. Profectò tu non viuis, quemadmodum cupias mori. Alioqui quid referret tua, vbi nā mortem oppeteres? Siue enim in glacie, ſiue alibi animam ageres, & extremum diem obires, aut extremum halitum exhalares, id nullo in diſcrimine poneres. Suſq; deq; ferres. manum non verteres, vbi vbi fatis concederes. R. Ehodum bone vir, quid cornicaris inepte? Loquèris quaſi deuotus & morti deſtinatus. Dentis clauſtra tui, quæ vox elapſa reliquit? Siccine ſuades, vrgente nulla neceſſitate, caput obiectandū periculis? Haud quaquam iſtud conſultum, vt me conferam, non ſine diſcrimine vitæ, vbi ſit mihi nihil negocij. Nam etiam ſi ſim vel ipſo Diuo Ioanne non inferior religione, quod longè lateque abeſt, etiamſi nec ipſi beatiſſimo Paulo pietate cedam, continuó ne me proripiam temerè, vbi de vita pericliter, vbi perire & mori pericliter? I ſanè quò voles, faxint ſuperi vt nobis domū clunibus bene madidis ac ſtillantib⁹ redeas. Nam vt omnino peſſum eas & ſubmergare, id equidem non fauero tibi. P. Nuſquam abibo, ſi mihi comes ire nolis. R. Sic ſtat ſententia, vt dixi, me non conſcenſurum glaciem, niſi diuturniori gelicidio firmiorem. Reuiſam igitur meos libros. Tu quod voles, facito.

Dat ras ſcuert oft ſinckt.

Wat laech daer aen, waer ghy ſout moghē ſteruen.

Tſou v al leens ſijn.

wat moech di raſen?

Ten dient niet getē.

Daer ic nz̄ te doē heb.

Daer ick mijn leuen aē eē hair hangē ſou.

Wildi niet me.

¶ DE EODEM,

Colloquutores iidem. P.

VEni agedum Regnere, descendamus pariter in glaciatam lacunam, & labamur per glaciem: lubricum agitemus cursum: lubrico nos cursu exerceamus: leuibus & lubricitantibus pedibus summã glaciem perlabamur: lubricis pedibus volitemus: lubricum glaciei peruolitemus, lubricum ludamus: lubrico motu per glaciatum æquor labamur: pedibus lubricè motis tranemus glaciem. R. Nunquam tam blande loquêris, vt me illicias eò. Nullis me inuitamentis, nullis blandiciis, nullis verborũ lenociniis, nullis deniq; illecebris eò perlectabis. Nunquam mihi persuadebis vt eò me recipiam, ne si persuaseris quidem. Nemo mihi fuerit author, vt eò me conferã, præsertim vnde plus incõmodi quàm commodi referam. Nam si cecidero, quod facilimum est in lubrico, forsan aut brachia luxauero, aut ilia rupero, aut tibias fregero, aut coxas afflixero, aut cerebrũ diminuero, aut occiput attriuero, aut denique fronte vel liuida, vel saucia, & naribus sanguine fluctantibus domum rediero. Vt nihil horum malorum eueniat, equidem assentior Iudæis: pedibus eo in sententiam Iudæorum, qui vulgo dicuntur (nescio an verum sit) nullo se pacto glaciei credere, quòd dictitent eam nullis lapidibus suffundatam, nullis palationibus

laet õs op dijs glid-deren/slid-derē/glijē.

So schoō sult ghi nz sprekē dat ic daer come.

Meer scade/dā baet

Het ijs en heeft geē balcken.

bus fistucatam, nullis trabibus sustentatam, nullis columnis suffultam nec columnatã. Quis glaciem nullo tibicine fultam, præsertim non sat diuturno gelicidio induratam, nec firmo solo stabilem percurrat? Quid si nostris oneribus fatiscens subsidat, & nostra vestigia frustretur? Pe. Quid si cœlum ruat? Ceruinus vir es. Quid autem te virum nuncupem, cùm animum geras plus quàm muliebrem? Vel muscas præteruolitantes, credo, metuas. Glacies tam firma est, vt vel decem plaustra, quantiuis oneris, cum denis iunctis equis sustineat. R. Quid istud? quando ita vis, I præ, sequar. Verùm si me in discrimen aliquod illexeris, id tibi perpetuus, dum quidem vixero, imputabo: de eo semper tecũ expostulabo: eius mali te mihi fuisse caput semper querar. Audi, audi, prædixerã ne, crepitat vix à nobis pressum vestigiis duodenis, & minatur rumpi: periclitatur rimas agere & findi atque subsidere. Non habet Atlantem vllum sibi succollantem. Ego procul hinc fugio. P. Nihil metuenda times. Panicum casum times. R. Quando incidissem, sera esset cautio. Melius est, Promethea quàm Epimethea agam. P. Si recusas hic consistere, & mecum ludere, domum abito & cinisflonem agito. Bardus es bliteus, blennus, & nil nisi cinerarius. Equidem nihil metuo. R. Vtinam redeas domum madentibus, & largo fluuio manantibus

Margin notes: Geen lange borst. Esoude ons de voeten sincken. Ghy sijt eẽ vervaerde katte. Hey ꝑ dets mẽs. moet het so sijn? Ick salt v swijten. Ẽ wil brekẽ. Hier zijn geen balcken onder. Dã waert te laet kat hẽ gesept. Wilst een asschẽbyster

tibus

tibus natibus. Id vel aureo mercer. P. Vnde tibi aureus? loquere tu de obolis, teruncijs & assibus: quæ tibi sunt paratu faciliores quàm aurei: quorum tibi copia maior quàm aureorum. Reg. Abeo, ne irarum exæstuet vndis, & me seuis conuiciis proselet. Vale Petre. Pe. Vale timidior dama Regnere.

Ic versagher een guldẽ an.

Dat hi niet heel op sijn pacrdcken spuwet.

DE EODEM, IIDEM.

VBI est hic noster cinerarius, qui solet frequens assidere igni; qui perpetua desidia contabescit ad ignem: qui semper colit Vulcanum: qui semper luculento gaudet foco: cui nihil est amœnius splendido foco? quem alterum vel Bronten, vel Steropẽ, vel Pyracmona crediderim, vel saltẽ Vulcania prosapia natum. Heus Regnere, vbi agis? R. Vbi agitẽ, nisi apud mutos magistros? Hem, redis Petre? Speraueram te natibus lacunari tinctis ceromate & distillantibus huc reuersurum. P. Istud dij prius omen in ipsum te conuertant. Velim te potius tua tibi femoralia concacasse, aut vberiori lotio proluisse lectum tuum, atq; eam culpam in me contulisse. Quid mihi iam accidit infortunij, quidve mali, quòd glaciem lusitando peruagatus sum? Redeóne sanus atq; saluus? Domúmne reuertor incolumis & sospes? Re. Redisti, diis gratia. At si quid accidisset mali: si cui periculo caput obiectasses: si in discrimen

Die altijt in das vust bi tvier sit

Waer sidy

met eẽ natten aers

dat gun ic v self eerst

Coẽm ick nu gesont en behouden weder

men aliquod vitæ venisses, tum demũ serò saperes Phryx: serò piscator ictus saperes. P. Vtinam hoc gelicidium continenti tempore vsq; ad pasca teneat. Hoc magno mercer: Hoc mirum in modum optem, vt ad vsque pasca glacialis hyems aquilonibus asperet vndas. R. Apage sis istud votum. Bona verba quæso. Id si voto tuo responderet, pessimè cum multis pauperibus ageretur: iniquam sanè fortunam & grauissimã inediam tenuibus hominib⁹ esses imprecatus, quibus sæuiente bruma non est tanta copia suppeditandi victus, quanta sit æstate vel vere adblandiente. Cras equidẽ vellem torpentia frigora brumæ, Candidus aprica Zephyrus regelauerit aura. Mauelim equidem vt crastino die regelata atque soluta fuerit glacies, quàm vt diutius teneat. O vtinam crastino manè foret solutá atque refusa glacie, omnis vbique aqua nauigabilis, & velaturam facientibus peruia. P. Quid ad rem tuam refert, gelet, regelet? Quid tibi dat vel incommodi hòc gelicidium, vel emolũmenti remissum atque solutum gelu? Quid mali aut dãnni accipis ab hoc gelicidio? Est ne pulchrum, quòd sine vllis ambagibus liceat rectà, quo velis cunq; gentium, pedem ferre? R. Si tuto liceret istud, & sine corporis discrimine, foret vtcunque tolerabile. Nunc multis in locis non est tutum per glaciem pedestre iter facere. Nunc est plu-

Dã waert te late.

god segen ons/hoe kaldy sor

qualick ge wunst, heb ben.

dattet mor gen wyde.

Dat men varen moicht.

recht toe/ recht an.

Waert son der sorge.

plurimis in locis ita fragilis atque infirma glacies, vt neque pedibus, neque nauibus se meabilem præbeat. P. Quid mea istud interest? ab ista re sum equidem animo ocioso, & in vtramuis aurem noctu dormiam. Qui nusquam iter ingredi, aut nusquã prorepere audet, cochleæ vitam agat, & domi se contineat claudi sutoris instar. Qui non ausit proficisci quoquam, per me licet ætatem domi maneat, & se totos dies totasque noctes si velit, ad calidum vel focum, vel vaporarium aut in calido nido pandiculetur. Modò nobis sit per glaciem ludendi locus, salua res fuerit. R. Ineptis omnino Petre, & das sine mente sonum: non tamen credo te ex animi sententia loqui, quòd soles mirus esse simulandi dissimulandique artifex. Sed quid tricamur? & aquam frustra consumimus? ac tempus sine fruge conterimus? Abeamus ad suos vterq; mutos magistros, & illorum optima dulcissimaq; consuetudine fruamur Vale. P. Vale quoque.

te voet gaen. — *wat vrage ic daer nae.* — *Laet hy thuys ke-roocken.* — *vaker ē oft schilersen.* — *wat verquistē wij ons tijt.*

¶ Ioannes Spanus Amstelredamus, & Nicolaus Iacobæus Roterodamus, colloquuntur de niuibus & ortu earum. Io.

ECquis ille, miror, quem, nescio quid, secum substomachari audio? Accedā suspenso gradu propius, & clam ianuæ conniuenti admotis auribus hauriam, Corycæorum instar, quidnam secum sub lingua im-

kijuen in hem seluē alleen als eē luyster-vinck.

mur-

murmuret, aut quid queratur. Nic. Bone Deus, quantum niuis quotidie depluit. Vix pedem ædibus efferre licet niualibus hisce diebus, partim quòd cœlitus à vertice ad calcem, à fronte pariter atque à tergo niueis ita aspergimur & perfundimur plumis, vt toti domum reuertamur albicantes: partim quod in publico, si quò sit prodeundum, vndequaquã niualibus petimur iaculis, & miris iniuriis incessimur à lasciuis quibusdam & male feriatis dulcique fortuna ebriis adolescentibus. Quin & illud accedit incommodi, quòd nusquã, facto ludendi arbitrio, sit commodus lusitandi locus: omnia enim sunt niueis aggeribus oppleta. Iam multi sunt dies, quòd primulum ninxerit, & ecce, cùm ea nix nondum in aquam abiens deflu xerit, sed adhuc satis alta sedeat, nunc denuo, quasi nihilo prius acto, longè densius quàm antea ningit, idque continenter duos tresve dies. Papæ, quàm niuosum cœlum, quàm niualis hyems. Romani solent olim, quod à præceptore iampridem audire memini, habere saccos niuarios, nescio in quẽ vsum, eos hoc cœlo sine negotio infarserint atq; complerint. Io. Nicolaus meus est, qui secum solus sine arbitris nugatur. Hominẽ lepidum, quàm multa verba sat scitè pro re & loco infarcit de re leuicula. Sed pergam audire, quorsum dissolutæ tandem illæ scopæ tendant. N. Si non maior afflueret Do

mi-

Wat vallet sneus: me mach naus welijx eẽs op straet comen.

So werde wi besneut

Met sneu ballen.

witte broots kinds.

strãt ionc kerkens.

noch dicis

dach an dach.

Waer dese praditing einde neẽt.

mino Deo niuium copia quàm mihi, non Had God
tantam vim niuis effunderet. Si non esset niet meer
Deus affluentior niuis quàm sim ego, non sneeus.
tanto nos perfunderet, nec oculos nostros
præstringeret niuium candore. Nam vt ni-
hil sit aliud ex hisce niualibus temporibus
incómodi, certe vel hoc sat magnum fuerit, dat ons ge
quòd oculorũ acies præstringitur & obtun- sicht belet
ditur, cùm foras prodimus, vt vbi in penetra wordt.
lia domus sit reditũ, quasi vel glaucomate lu
minibus obiecto vel offusis tenebris, plane
cęcutiamus parumq; videamus. Quòd enim Schemer
nimium albicat, nimisq; luminosa & inten- ooghen.
sa luce coruscat, id oculorũ aciem offendit, t'vduistert
præstringit & obtundit. I. Pulchre dicis Ni die oogen.
colae. Nunquam putassem tibi tam extem-
poralem inesse vim dicendi. Non me prius
conspicuum dabo, quàm tua dicta absolue-
ris. Videris commeditari & tecum certare,
quomodo quicquid mente conceperis, aut
quicquid in buccam venerit, siue bonũ, siue
malum, siue friuolum, siue magni momẽti,
pulchrè latinè dicas. Certe eo pacto vel pa-
ratur, vel alitur dicendi copia. Sed auscul-
tem. N. Videtur mihi cœlum non esse ab-
simile hominibus, qui profluuio ventris, ho die te loop
nor auribus, laborant: aut qui dysenteria cõ oft met on
flictantur. Æther videtur mihi reddere aut lot te sweer
referre hominem, qui ventris proluuie, sit ke schijt
venia dicto, atteritur. Equidem demiror vn hebben.
de Deo tantus niuium thesaurus suppetat.

Io.

Io. Friget, adibo. Miraris vnde Deo tantus niuium thesaurus suppeditet? Mirare potius, vnde tantus aquarum Oceanus manet & profluat: imò quî creata sint omnia ex nihilo. N. Hem Ioannes audisti me nugantem? Io. Audiui omnia. N. Hoc si scissem, Harpocratem, quod dicitur, egissem. Putabam me solum, omnibus semotis arbitris, sedere. Citius mortem quàm te aduentare credidissem. Vix quatuor sunt horæ, quòd hinc Purmariam, nescio cuius rei gratia, abires. Si curriculo duntaxat eò proficiscare, & euestigio vbi veneris, vix vllis à limine salutatis, quasi canis è Nilo bibens, pedem referas, minimum fuerit reciproco cursu quatuor horarũ iter. Quomodo igitur tam cito redieris, miror. Non quadrat in te priscum illud dicterium: Profectus ad Apaturia rediit Maio. Nam volasse magis quàm ambulasse videris. Io. Vtvt, est iamdudum adsum: & tua inaudiui omnia verba. N. Nugatus sum mecum, exercendæ linguæ gratia. Io. Sic accipio. N. Cæterum tunc canent cygni, vbi tacuerint graculi. Io. Quorsum istud? N. Vt postquam audieris meas nenias ex media grammatica profectas, tu nobis aliquid ex Aristotele tuo, cuius studij pridem rude donatus es, in medium adferas. Io. Quid vis adferam? N. Iam mecum, vt audisti, miratus sum, vnde tanta vis niuium effluat, de qua re multa scripsisse Aristote

Ick soude so stille als een muys ghesweest hebben.

ter loop. Recht oft ghy swaert eẽ kooikẽ viers haleude.

stote

ſtotelem audio, quare amabo te, dic mihi, quid ſuper hac re diſſerat ille. Neque enim credo te dicturum, cùm diuino non interfuerit ille conſilio, eum cæca coniectura duci, & perinde, atque cæcum de coloribus, diſputare de ſublimibus. Ioan. Iſtud ſi adamuſſim & exactè ſcire voles, proficiſcere vel Louanium, vel Luteciam, vel aliò quouis Academiarum, vbi rerum iſtarum ſcientia imbuaris. Tum demum non modò ventorum, pluuiæ, niuis, grandinis, roris: ſed etiam ignis in aëre volantis, aut cœlitus decidentis, quas nos ſtellas putamus cœlo delapſas, aliarumque rerum ſecretiſſimarum cauſſas cognoſces. Verùm an ipſe Ariſtoteles ſemper rem ipſam acu tangat, id aliorum eſto iudicium. hoc vnum equidem affirmare auſim, neminem eſſe philoſophorum omnium, qui fuerit ipſo Ariſtotele in cauſſis naturæ excutiendis, demonſtrandis, docendis, oculatior, exactior, abſolutior: vt ſi quiſquam ſit dicendus naturalium rerum cyclopædiam abſoluiſſe, hunc maximè dixero. Nic. Amabo te mi Spane, dic ſaltem aliquid quàm potes pauciſſimis verbis. Ex paucis fortè multa coniiciam pro meo ingeniolo, & ex vnguibus æſtimabo leonem. Io. Audi dicam, ſed paucis pauca, quemadmodum ipſe poſtulaſti. Neq; enim res tanta ad plenum expediri poſſit paucis. Nic. Sine controuerſia iſtud verum eſt & ſcio.

Met eens ſtock nae ſlaen.

Oft in een nich ander vniuerſiteyt.

Oft hi tuyt raect op ſijn hooft.

in natuerlijcke ſake voorſoecke

Heel ſot geleert.

Ic ſeg daer niet tegē.

Io. Paucis igitur aduerte docebo. Multis verbis multisq; rationibus haudquaquam sicul nis docet Aristoteles, idq; experimur & nos, si aduertamus, exhalationes euaporationesq;, instar fumi, hinc ex terrarum & aquarum humoribus passim volare sursum, ad meditullium vsq; aëris, & inibi primùm in nubes condensari, ac deinde in aquam resolui: cùm in media aëris regione semper sit frigidum: atque eam aquam depluere, nunc instar niuis, nunc instar roris, nunc instar grandinis, nunc instar pluuiæ: atque ita pro temporis vel calidi, vel frigidi, vel tepidi ratione, aliam atq; aliam faciem induere. N. Qua ratione istud queam apertius aio complecti? Parum assequor, quomodo istud fiat: Fac itaque rogo mihi paulò crassius istud & pinguiori Minerua monstres doceasque, & apertioribus tibiis occinas. Io. Faciam equidem ac lubens. Proponam tibi experimentum quoddam huius rei, ita euidens, vt vel cæco perspicuum sit futurum. Tene scutellam quamuis siccam, supra aquam feruentem, euaporationesque suas in sublime voluentẽ, videbis eam fieri humidam, & aqueo rore quasi gemmare atque stillare, quò diutius, eò magis. Hunc in modum fit quoq; in aëre. N. Perspicua est similitudo & euidens ratio. Sed quid, si pro meo captu nobis & ipse referam, quę sit ventorum sedes, & vnde credam ventos & ventorum procellas tum

geen lāme reden.

Een ander gedaente aëneempt

Wat duytschelijcker segt/plom per Wtlegt claerder ontbint.

vont swalmende swa ter.

oriri, tum proficisci? Neq; enim rusticanum vel oratorē vel philosophum contempseris. Nam sæpe etiā est holitor valde opportuna locutus. I. Sine dubio: quin aueo plurimum audire. N. Credo. namq; erit auditu dignū. Dicam tribus verbis. Ex decrepitorum vitorum & anicularum, & hominum paralyticorum, aliorumq́; membris luxatorum aut fractorū vel cruribus, vel femoribus, vel brachiis, vel aliis artubus. I. Ridiculum narras: ha ha he. N. Ne riseris crassa Minerua philosophum prius, quàm rationē audieris. Io. Dic rationem: audiam suspēsis auribus. N. Nunquā audisti, cum interesses consessui id genus hominum (nam aliquādo interfuisse non dubito) quòd dixerint se dolere hic capite, ille pectore, alius dorso, alius alibi? & addiderint sibi non esse dubium, quin breui sint exorituri vētorum flatus vel magni, vel parui pro rata parte doloris? Præterea nunquam audisti, quòd tempore procelloso dixerint se bene ariolatos fuisse vel pridie, vel paucis ante diebus, ex suis doloribus iam vtcunq; sopitis talem tempestatem futuram? Io. Vt id quod res est fatear, audiui nō semel istud, vel ex parentibus meis iā senio effętis, exuetis, exhaustis atq; robore defectis, qui subinde querūtur se in dorsis esse tetanicos, in brachiis aut alibi paralyticos, vel aliis affectos malis. Nā multa ferunt anni venientes cōmoda secum: multa recedentes adimunt.

Een blint man sciet ooc wel eē cray. oft eē dwaes mē sce spreect sōtijts wel een wijs woort.

Naerstich toehooren.

Et optima quæque dies miseris mortalibus æui Prima fugit, subeunt morbi, tristisque senectus. N. Clarum est igitur, cùm ante procellas doleant membris, & inde certo augurent breui tempestatem exorituram; atque ita fiat: cumque iam orta tempestate, dolor deseuierit & resederit, ac membris quasi ventorum saburra exoneratis demigrarit, quòd ea ventorũ vis, quæ iam cœlum terram pontum infestat fatigat, prius in illorum sederit membris, eaq; sui furoris tyrocinio grauiter affecerit, & pòst, vbi euolarit, vt sua præsentanea iniuria, sic etiã dolore leuet & soluat: quanquam ex paralyticorũ membris nunquam euolet tota. Nam si omnis ventorum vis & panoplia, quam crearit Deus vnquam semel tota effusis habenis erumpat, & pro sua licentia & libidine in mundi campis vastissimis bacchetur, oĩa procellat, ventique furẽtes crede mihi maria ac terras cœlumq; profundum quippe ferãt rapidi secum vertantq; per auras. Io. Sed. N. Pace tua rogo, liceat mihi parere quod animus parturit, ne interim te interpellante & meam fœturam interrumpente, aboriatur fœtus. pergam. Si obiicias, (nam istud videbaris parturire) cur igitur in quorundam non paralyticorũ membris, vbi deuolarint venti ex istiusmodi carceribus, in ampliores, liberioresq; fortunas, non statim etiam desidat omnis tumor doloris, & penitus exulet, sed pergat ad-

Wilt niet meer seer en doet.

adhuc in nonnullis aliquantiſper acerbus eſſe? Dicam. Vel in huiuſmodi membris tyrocinium quoddam agitur futuræ paralyſeos, vel relictũ eſt non nullum furoris priſtini veſtigium. Nam & mare non ſtatim, vbi primùm venti poſuerint, flatusq; reſederit omnis, pacatum atq; tranquillum eſt, ſed aliquandiu pòſt iratum adhuc furit. Addam & illud Perſianum non abhorrens omnino ab hac re: Quod luctata canis nodum arripit, attamen illi Cùm fugit, à collo trahitur pars magna cathenæ. Habes quod ſederat animo. Hoc ſi videtur in philoſophicos quoq; tuos regeres commentarios. Neq; enim Ariſtotelem, cùm fuerit homo, (quod pace dixerim Peripateticorum) crediderim omnia ſciſſe. Io. Pulchrè philoſophatus es Nicolae. Neq; quicquam ex agro, vel ex colo dixiſti: quanquam prima fronte aniculꝛarum delirāmétis videri poſſit affine, quòd diſſeruiſti. (et euangeli van den spinrock.) Si ita porrò pergas, periclitabitur vero noſter Ariſtoteles inter philoſophos principe abire loco. N. Pulcherrime & tu iocum ioco penſaſti. Dignus es, qui aureus in olympia ſtes. Io. Et tu dignus non modò barba, ſed & aurea lingua, oreq́ue aureo, vt Chryſoſtomus nobis nouus & ſis & appellêris. N. Abſit omen: Malo carneus eſſe lingua & ore, & capillacea barba, quàm aureus iſtis omnibus. Sed nugarum ſat effudimus. Nugarum ſatis ſuperq́ue perfuſum eſt. Su-

persedeamus hisce nugis, ne longius prolabamur, quàm tuarum rerum postulet ratio. Fortè cùm recens veneris hodie ante prandium Louanio, nunc à prandio Purmaria, nondum hodiernæ precis totum absoluisti pensum. Io. Rectè coniectas. Restant vesperæ preces adhuc mihi dicendæ: vespertinarum precū mihi gratulatio restat adhuc facienda Deo: nondum vesperis sum precibus defunctus, cætera liber. Vale igitur. N. Vale quoq; candidissime mi Spane, & Deum opt. max. pro me semper precare, cuius nunc sacerdotem agis. Ioan. Imò mutuis alter alterum precibus iuuemus.

Ghy hebt u ghetiien noch niet ghelesen.

¶ Leonardus Clementinus Egmondanus, & Nicolaus Francisci fil. Guormarianus, Hic de studio, ille de ludo, agunt. L.

SCin Nicolae? hodie nobis fiet ludendi copia: dabitur nobis ludendi potestas: hodie feriabimur: à prandio studiorum remissione gaudebimus, & nos lusibus recreabimus. Tempore pomeridiano ociabimur, & studiis soluemur, animosque nostros studio fessos ludendo refocillabimus. N. Quî nam istud scis? quo argumēto colligis istud? quibusnam ex rationibus istud tibi conficitur? vnde istam opinionē duxisti? vnde in istam spem venisti? vnde quæso tibi ventum est in istam spem? qua ductus coniectura scis istud? vnde nā istud coniectas? L. Quia hic dies solet nobis esse feriatus & ociosus: hoc

Wij sullen van daech spelē gaen

Hoe weet ghy dat?

Want men pleech hedē te spelē

die

die ferias & ociū agere ſolemus: hunc diem transmittere ſolemus vacuū, & à Muſis alienum: hoc die ocium ducere ſolemus: huius diei tempus pomeridianū ſolet eſſe amicum & accōmodatum luſibus: hunc diē ſemper ocio & luſib⁹ ducere atq; tranſigere ſolemus: hic dies ſemper illiterato ludo ſolet eſſe pręſtitutus & datus: hunc diē ſemper luſui dici atq; dicari ſolere memini: hoc die ſemper literario ſolemus ocio ſoluti eſſe. N. Ficulnā rationē. Iſta ſpes, vide ne fallat: vide ne fruſtra ſis: ſpes tua adhuc in herba eſt: ſpe admodum tenui duceris: ſpe pendes admodū exigua & fragili: in ſpe admodum exigua es & inani: leuis admodum & dubia fouet ſpes animum tuum: ſpes tua filo pendet tenui: ſtas inani ſpe: ſpem foues vel ipſis nebulis inaniorem: vide ne teipſum vana ſpe lactes: ne tibi metipſi verba des: vide ne præceptor tuam expectationē fruſtretur. Si ſapienter tuum negocium inſiſtere, & quod conſultiſſimum fuerit, agere voles, conſulo dictata tua perinde diſcas, & memoriæ mandes, atque ſi nulla te ſpes feriarum teneat, ſi nulla ludendi auiditate tenearis, nulla feriandi deſiderio & expectatione capiaris. Alioqui ſi te ſpes tua fruſtra haberet, & quaſi coruum deluderet hiantem, nec interim calleres dictata præceptori reddenda, ſæuis te præceptor ſuis dictis protelaret, acerbis te obiurgationibus exciperet, male au-

Siet dat v ydel hope v niet en bedriege.

Wilt ghy wijſelijck doē leert v leſz al oft geen oorlof ſoude zijn.

Weert ghy bedrogen eñ cunt dā v leſz nz te deghe ſult ghi weerdē bekenen.

audires,& asperis verbis,forsan & flagris incessereris. Leon. Apage sis cum tam infausto omine, facessat omen tam sinistrum & dirum. Istud tam detestabile omen auertat Deus.Dij prius omen istud in ipsum authorem cõuertant.Dira istęc potius ipse domũ referas, quò natis illa reserues. Bona verba quæso. Auspicatius obsecro ominare. Malè ominatis parcito verbis. Nic. Si magistrum ego agerem, si fungerer ego magistri partibus, si ego præceptoris munere fungerer, si meum esset magistri munus obire, si meo perinde atque præceptoris nutu res irent,si meo vobis arbitrio perinde standum esset atque magistri, si præceptoris officium ego fungerer, si meæ perinde atque præceptoris ferulæ manus vobis essent subdendæ, si mihi danda vobis esset opera magistro,si me magistro vteremini,si mea docentis dictata perinde vobis essent peragenda,atque nunc ipsius magistri. Tu mihi quando quando venires lectionis ignarus (quod tibi perq̃ frequens est,quæ tibi non rara auis est) dignas penas dares. Non multis vterer verbis obiurgatoriis,quemadmodum ipse pręceptor, non multis te perstringerem maledictis, non multa in te iacerem maledicta, non multis te prosequerer obiurgationibus,non multis te conuitiis lacerarem,non longa te verborum acerbitate lacesserem, non diu te amaris verbis incesserem,nõ diu mul-

Waer ick als die meester.

Ic sou u nz quaets op v sprekẽ/ bedrijuen.

multumq́; in te inueherer, neq; aures tuas iamdudū ignauia stupidas verbis diu asperis & mordaci raderem vero, linguæ verberibus non solis nec diutinis te exciperem. Occalluisti enim & obduruisti ad obiurgationes, & præceptorem sinis verba ludere, & inani strepitu aërem verberare, eaque surdis auribus semper præteris. Increpationes nihil moraris. Susque deque fers, quibus quibus excipiare verbis. De obiurgationibus nihilo plus laboras, atque de ranis palustribus. Verba pili non facis: flocci non facis: huius non facis: non pluris, inquam, facis, quàm nebulas in pariete depictas. Manum non vertis, an amicis & benignis, an inimicis & amaris te prosequatur verbis præceptor. Cùm præceptor dignis te oblatrat increpationibus, id non pluris æstimas, quàm si Summenianę mulieres rixentur de lana caprina: aut de asini vmbra, quod dicitur, altercentur: aut commissæ mutuis se lacerent crinibus, non sine risu spectantium. Leonar. Malam rem hinc abi, nec sis mihi patruus. Ad Macariam, aut ad Cynosarges hominum impurissimè. Quis tibi custodiam mei commisit? Spero te nunquam euasurū in ludi magistrum, alioqui væ miseris illis, qui te sunt pręceptore vsuri, qui tua docturi sunt dictata peracturi, qui tibi sunt operā daturi magistro, qui tuæ ferulæ sunt manū subdituri. Vel ipso Orbilio plagosior eris.

ghy houdt van gheen woorden.

woorden zijn windt met v/ght slaget ō v oorē voor eē caproen tegen den winter.

Loopt aē eē galghe ghy scuyt fuut.

Die onš v scolen gaē sullen.

eris. Abiit. Miror hominis insolentiam, qui in me sibi imperium arrogat. Non moror eius ineptias. Ego faciam, quod meo collubitum sit animo, nec eius obtemperabo monitis. Vult aliis præscribere quid faciant, ipse docendus adhuc, & multa monendus. Ædilitatem amat gerere, etiam sine populi suffragio. Alienorum sibi curruum sat commodus videtur auriga, suorum euersiones parum euitare potẽs. Sed valeant, qui dissidiũ volunt. Eam potius ad alium vt de feriis expiscer. Inuenies aliũ, si te hic fastidit Alexis.

Hi wil????? anderegerẽ

¶ Leonardus Egmondanus, & Nicolaus Nicolai Amstelredamus, de ludendo confabulantur. L.

Wat dunct v/sullẽ wi spelen?

HEus Nicolae, dic age, subodoratus es ne? olfecisti ne, an sint nobis feriæ futuræ, nec ne? Es enim præceptori nõ paulò nobis omnibus familiarior. Quid hariolaris, futuras nobis ferias, an nõ? Auguraris ludendi nobis potestatẽ fore, nec ne? Speras ne ludendi arbitrium nobis factum iri? N. Cur istud rogas? cur istud expiscaris? quid percontaris, quid indagas, quid sciscitaris istud? An quia pertæsum est studij? An vt postpositis studiis cessatorẽ, desidem, pigrum, atq; ignauum agas? vt languidis, & ignauis, atq; in sinum insertis sedeas manibus? vt supinus vtramuis in aurẽ dormias? vt porrectis iaceas pedibus, & pandiculans osciteris? vt studiis inter

Sit luyaert op v schoudeten?

Dat ghy soudt den peerboom steken. oft Jan luest ghe vinck spelen.

termissis, quod frequens facis, cesses? vt literis posthabitis puerorum instar conchas aut lapillos, quorum non est hîc densa copia, lectum eas? L. Quam ob aliam rem rogem, q̃ vt, si fiat ludendi nobis copia, tecum à prandio sphæricũ ludum per annulum ferreum, modò non graueris me tibi collusorem, exerceam? vtq; longa mentis agitatione & studiorum assiduitate affectum corpus, rursum moderatis lusibus refocillem exhilaremq́;? & animum ad studia denuo aliâs capessenda euibrem, excitem, magisq; viuidum reddam? N. Opus est tibi refecto scilicet ac refocillato corpore, qui nunquam nõ lusitas, rarus studes. L. Quid ais? N. Aliud agebam. Quando feceras ludendi mentionem, venit mihi in mentem hesterni lucri, quod ludendo feceram. Idq́; subducebam mecum, & ad calculum vocabam. L. Pulchrè facis authore Ouidio: Nam reditus iam quisque suos amat, & sibi quid sit Vtile, sollicitis computat articulis. Sed hoc age, amabo. Responde quod rogo. N. Quid rogas? L. Vt mecum à prandio ludas sphæricum ludum, si p̃ præceptorem studiis aliquantisper soluamur. N. Quid ni? Lubens id fecero. Non est, cur istud tibi denegem, cur istud recusem. Placet, vt in istam arenã pariter descendamus. Me commodo & facili vtêris ad quiduis. Le. Dic igitur amabo, speras ne nobis fore ferias, ludendíque potestatem factum iri?

om naerstich te studerē op cē ander tijt.

ghi salt mi goet gheno ech hebbē.

Salt oorlof zijn.

N.

N. Spero equidem, imò & nihil addubito. L. Quî ſcis? Vnde iſtud ominaris? N. Ocioſus eſto. Ocioſo ſis animo. Securus eſto. Pone metum. Certo ſcio, neque refert tua vel cuiuſquam aliorum, vnde ſciam. L. Valeant igitur muti magiſtri tantiſper dum fuerit luſum. Faceſſant hæc tetrica ſtudia, cædantq; amœnis luſibus. Stat igitur, vt recepiſti, mecum luſitare, an mutas decretũ? N. Modò dixi, & me facturum pollicitus ſum. Quid poſtulas eandem tibi pollicitationem iterum cantari? Méne tam ancipiti, tam fluxa fide credis, aliud ſtans, aliud ſedẽs, quod dicitur? Men' exiſtimas Cothurno verſatiliorem, Proteo mutabiliorẽ, aut Euripo inſtabiliorẽ, vt quód receperim modò, id iam dictum & recepcum nolim? vt meorũ verborum palinodiam ſim canturus? vt dictis & pollicitis meis non ſim manſurus? Nihil eſt, quod malim, quàm tecum luſibus indulgere. Auſpicatiſſimum enim eſt, vt ſi mimi vel hiſtrionis egeas, Roſcium, ſin athleta ſit opus, Herculem tibi adhibeas. L. Quid iſtud verbi eſt? Nõ intelligo quid dicas. Leonardus ſum non Oedipus. N. Non canimus ſurdis eandem cantilenam bis. Quòd non intellexti, non perculſit animum. Valeat. Quin vbi vbi voles, veniam quocunque vocaris. L. Præſtitue igitur, præſcribe, præfige, conſtitue nobis locum, in quẽ tempore pomeridiano conueniamus vnà. N. Propter ædem

Sorcht nz.

laet varen de boeckẽ.

So ghi ve looft hebt.

Dat ic vã een dinck hier ia / daer neen segge.

Een sweyt selaer.

ædem sacram te præstolabor, te opperiar, te manebo, te expectabo, modò fidem das eò teventurum: sin aliter sedeat animo tuo, vt malis, aliò conueniamus, istud dicito. L. Fidem do me venturum in istud loci, quod dixisti. Tu fac tempori præstò adsis ipse, ne frustra te præstoler. Interim igitur vale. N. Vale tu quoque. Valeres autem melius, si literis esses magis deditus. Sed ego non ero tibi patruus, quem mihi non fore dicto audientem scio.

DE LVDO SPHAERICO per annulum ferreum, iidem colloquutores.

N.

BEne factum, quòd ad tempus præscriptum & ad locum dictum adsis. Gratus tus est mihi tuus aduentus. L. Grata est mihi tua expectatio. N. Euge nunc re ipsa comperio esse te, quod audire gaudes, fidumq; probumque: quòd liberaris, quam mihi dederas, fidem. Næ tu dignus es, cui mandem atque committam, si quid recte curatum velim. Eamus nũc iam sodes ad sphæristeriũ, & ludicrum certamẽ ineamus. Lusorias manus conseramus. L. Licet. Sed age, vis ne adhibeamus nobis & asciscamus vnum atque alterum præterea collusorem? Mauis ne adhiberi socios periculi, an potius placet monomachia, vt vnus cum vno congrediatur? N. Minimè gentium. Malo nos solos inter nos committi, vt solus vel palmam feram, vel,

O dats wel.

Dat ghy vã v mõt uwẽ naers niet ghemaect.

op dat ic al lee winne oft verliese. vel quod absit, herbã porrigam: vt solus adminiculante fortuna victor abeam: vt solus fortuna suffragante celebrem epinicia: vt solus dextra fortuna dextroq́ue Hercule encomium canam. Malo singulari certamine tecum contendere, ne qua pars victoriæ decidatur alteri, vt meo solius periculo mihi stet aut cadat fabula. Arbitros tamen & spectatores, si quos velis admittere, repudiare nolim, neq; publica prohibere arena. L. Istud & ipse malo, vt victoria ad plenum sit mea: vt laus in solidũ sit mea: vt mihi vni cedat victoria honori: ne meo honori quippiam decedat cùm vicero. Verum imús ne tandẽ? N. Imus. per me non stat quò minus quàm primum eamus. Nihil moror. L. Hæc area sanè perquam cõmoda est. Nunquam, quod memini, vidi sphæristerium commodius & magis appositum huic lusui. Hic sanè locus sphærico lusui quàmaptissimus est. Dispiciamus, priusquam auspicemur, priusquam hanc telam (quod dicitur) exordiamur, an sphæræ sint æquales, & palmulę peræquè habiles atq; accommodę: ne postmodum, quẽ nostrum fortuna frustrauerit victoria sperata, is aut volarum, aut globorũ iniquitatem accuset: quemadmodũ solet aquam culpare Ardea, quod vulgo dicitur. N. En tibi: Accipe & sphęrarum & tonsarum vtramcunq; voles. Equidem manum nõ verterim, susq; deq; fero vtramvtrã mihi relinquas. Parui re-

Margin notes: Die ons spel deele moghen. — Spel an dã. — Eer wy te ghinnen. — tis mi alle lees swaer me ic speel

mea refert, vtrā velis aut nolis. Hæc sit an ista mea, nullo mihi discrimine agitur. L. Nec ego in magno discrimine pono. Attamen quando datur optio, mihi hanc deligo. Quare rem ipsam aggrediamur. Accingamur operi. N. Sed quid præmij feret qui vicerit? Quo donabitur præmio victor? Quanti ludemus aut certabimus? Nam sine spe præmij, frigeret ludus. L. Primum decernamus & statuamus, quæ decreta, quæ scita, quas leges obseruari velimus. Nam hæc plebiscita variant, nec vbiq; eadem recepta vigent. Ne si tu forsan aliis alibi assueueris atque ego ludendi institutis, postea dissideamus animis, & in mutua effundamur iurgia. N. Quaternio vel si mauis senio ludum absoluit, quē qui prior indeptus sit, victor euaserit. Le. Absoluat quaternio. Ni. Placet: Quoties transmiseris annulum, toties augeberis lucri numero: donec quater pertransgressus, finem ludo imposueris, & me; quod absit, omni spe lucrandi exueris, mihi spem victoriæ præcideris omnem, omni me lucro emunxeris. L. Faxint superi. N. Bona verba: Sin per posticam annuli imprudens mearis, tibi met ipsi & damno fueris, & aliquid honoris dempseris, vnamquē lucri portionem decideris, quæ consequentibus tibi sit resarcienda laboribus: vt si prius duo numeraris, iam rursus ad vnum delapsus sis: sin prius nihil fueris lucratus, primus tibi fortunæ

Als ick de kuer mach hebben.

Wat salt t'spel costē.

Ten vierē oft ten viuen wt.

Dan heb ick verloren.

se-

ſecundantis atq; iuuantis fauor in nullum cedat lucrum. L. Accipio conditionem vtrique communem. N. Si luſoria exactus arena metas præſcriptas tranſilieris, mihi fueris emolumẽto, & maiorem lucri cumulum confeceris. L. Eſt præterea quippiam obſeruatu neceſſarium? N. Eſt. paucis, aduerte, dicã. Vbi inter ludendum meæ ſphæræ tua forſan ita aduoluitur, vt alteram altera contingat, ludam quidem licet, & meam quò velim, agitem: at tuam pro meo & arbitrio & commodo nó licet vel loco moueam, vel quoquam impellam. Quanquam ſunt, qui in eam rem ſibi clauã quampiam pararint, & in promptu habeant, quam ita cẽtauricè & validè ſuo illidant globo, vt alterum protelent longe propellantque, & à foribus exturbent, quod minimè probarim. L. Nec ipſe recipiendum iſtud cenſeo. Neque enim Martẽ aut Herculem agimus, ſed induſtria, & arte contendimus, à quibus mea ſententia vis & impetus omnis abeſſe debet. N. Rectè putas. Sed pergam. Sin ita ſedeant globi, vt propinquiori ſpacio alter alteri aſſideat, quàm ſiſt palmulæ longæ, modò vt non continenter, iam vola non licet vtaris integra & oblonga ad inſultandum mihi, meq; longe aliquò proturbandum, quemadmodum aliâs, ſi ſpacioſius & diſtantius cubent, ſed contractiori oportet vtare palmula. Verùm ſi me præterire voles intactum atque

Niet met ghewelt/ maer met conſte.

Als ſij beer verſchepen liggen.

illæsum, his coarctandi remi legibus immunis atque solutus iure fueris. L. Restat amplius, quod sit opus scito atque decreto? N. Numero dicam, quod restat, si quibo: Ne videamur tyrannico more soli in hoc sphæristerio velle dominari, hæc nobis accipienda & mussitanda iniuria est, vt q victus palma abierit, etiam ludo cedat, & successori alicui lampada suam tradat, præsertim ei, qui te legerit, nuncuparit, & verbis designarit, quiq; se tui loci candidatum declararit. Sic enim moris est, vt ludentibus vel duobus, vel pluribus, ex tota corona arbitrorum, qui circunstant immunes, qui primus te ludentem delegerit cui succedat, quique se candidatum tuæ fortunæ præsignificarit, tibi victo volenti nolenti sufficiatur. L. Morem istum & scio, & æquo animo obseruatum volo. Neque committam, vt per me primùm rescindatur ista consuetudo, quam per manus traditam recepimus. Per me nō stabit, quin consuetudo ista teneat. Si quid præterea superest, dicito. N. Nihil amplius, quod animo nunc occurrat: quod menti obuersetur. Hisce igitur senatusconsultis & legibus, si videtur, pareamus. L. Parebo: Si tibi sit æqua lex & conditio, nō mihi fuerit iniqua. Dum æqualibus tenemur legibus, quis habebit quod meritò queratur? N. Nemo, nisi qui volet vitilitigatorem agere. L. Nihildum de præmio meministi. N. Sed heus tu,

So mdech dijt bzij so spelen.

Opt cortste/met eē woordt.

Dat hy eē ander laet spelen.

oft gi wilt oft niet en wilt.

tē is noch niet geseit wat men winnē sal

 quod

quod lapsus memoria penè prætericrã, nunc succurrit. L. Quid istud? N. Cauto præterea & prædicto opus est, vt si præpropere ludat is, & alteri suas vices præripiat, ad quẽ ludendi nó venerit ordo, aut aliás suum globũ si loco moueat, aut sistat inhibeátve currentem, & quasi clam altero commodum sibi comparet ex alterius incommodo, vbi id rescitum fuerit, semel ius ludendi perdat, sociumq́ue geminatis & continuis vicibus pro eius & arbitrio & commodo bis ludere permittat. Quinetiam qui suam sphæram ludens tractu suæ volæ, quasi cæcum præhensa manu, quo velit cunque, duxerit, vna ludendi vice multetur. L. Pedibus discedo in sententias & leges tuas, quotquot fixeris. Nõ ero enim iniquiore loco, quàm tute met ipse, etiamsi vel ipsa legũ pandecta, vel multa inuexeris plaustra. At interim subit mirari, vnde tibi suppetat tanta statutorũ vis. N. Vnde sua araneis tela? L. Profectò si tam exactè semper tua dictata præceptori reddenda calleres, quàm tenes ad vnguem hæc ludicra, nemo scholasticorum esset tibi secundus eruditione futurus. N. Ædibus in propriis quæ praua aut recta geruntur. L. Licet ægris & implacidis auribus accipias, non tamen non possum id quod res est dicere. Nunquam tam exquisitè, tam adamussim reddis præceptori lectionem, nunquam tam in numerato, tam in promptu habes di

ctata

Marginal notes:
Dat sijn de hoort noch niet en is.
Ick hou daer af.
Je hebt so goet als gi
Hoe coemt eẽ rijcman aen goet?
Al hoort gijt noode
Nimmermeer kundy soe wel v lesz/ẞc.

ctata magiſtri, quàm pulchrè legum ſphæriſticarum ceras oẽs & tabulas memoria complecteris. N. Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus. Sed quid tricamur? & tempus fruſtra terimus? quin auſpicamur ludũ? L. Vnum ſupereſt, quo prætera ſit opus definito, vt deſignemus, quam victor coronam ſit relaturus, quod præmium expectaturus. N. Nempe iſtud præfinitum atque præſtitutum oportuerat. Vter noſtrũ prior victus abierit, vter prior ſuccubuerit, vter prior alteri, quod dicitur, herbam porrexerit, is pronunciabit, quanti & luſerimus, & deinceps luſitaturi ſimus. L. Probè dicis: Æqua conditio: perplacet. In ſententiá tuam pedibus eo vtriſq;. N. Vbi eſt circulus? Cur nondum pactus humo? Cur nondũ terræ defixus caudatus orbis? Cur nondum fixus humi? L. En tibi. N. Non eſt acumine ſat longo. Non eſt aculeo, non eſt pediculo ſatis longo. Parum eſt caudatus. Non eſt ſat aculeatus. Non eſt ſatis acuminatus. Vereor vt ſtaturus ſit firmiter. Vix ſtatuminare (timeo) poteris, vt ſatis firmo ſit cõſtiturus pede, & noſtris ictibus ſit par futurus. L. Sat eſt longo pediculo, ne timeas: ſatis firmiter in terram depangam, vt nõ facile noſtro cedat impulſui. Statumine & pedamento ſat firmo ſiet curabo. Nũc admolire manum, & periculum facito, num ſat bene ſtatutum & in terram pactum exiſtimes. Vix niſi viribus intentis extrahas.

Dẽ duyuel ſoũ dẽ ecker beriſpẽ/compt geeft my de hant.

Diet eerſt vlozẽ heeft ſalt ſeggẽ.

De ſteel is te cozt.

N. Bene eſt, niſi quòd paulò altius ſit deſigendus in terram. L. Siccine ſatis? N. Propemodum. L. Quid ſi ſic? N. Nunc meo iudicio, nimis alte inſidet humo. Subleua, attolle nonnihil. L. Satis imperioſe. Nunc iam credo ſatis tuo factum deſiderio. Sin minus, admoue manus ipſe, & pro tua libidine ponito. N. Nunc iam ſtat commodiſſime. L. Quid moliris? quid ſtruis? N. Circumagendus eſt ſemel atque iterum, vt ſit mobilis atque volubilis, & nunc huc, nunc illuc ſpectet. L. Quorſum iſtud? N. Alioqui nimis præfracte, rigide, & dure nobis obluctaretur, noſtraque tela reuerberaret, nec facile intromitteret. Quin & alia hinc commoda efflorescent atque redundabunt, vt ludendo experiemur. L. Iſtud quicquid eſt commodi, vt volubilis ſit circulus, vel ſua ſponte exiſtet atque affluet, vbi ſubinde hanc in portam arietaueris. Nam multis impulſa & quaſſata arietibus, tandem labefactabitur impacti circuli firmitas, vt ad omnem inſultum facile motetur, & agatur in orbem. Sed quin præcipitamus moras? Quid ni ludimus? N. Age ludamus: Vide ſis, mea quò tibi tela ferantur. Hoc bene ſit. Heus tu hoc age. Hic tibi feritur. Quid tibi cum illis ſpectatoribus negotij? N. Dixeram, ſi quis ex tota circunſtantium corona, ex toto circulo ſpectantium cupiat cum alterutro noſtrum eadem lucri ſpe pendere, ea-

Juyſt te pas.

rât make.

Stram en ſtijf zijn.

Om eſt ſwe- derő lopē/ aen boſſen mit cracht

Stet toch.

Dat coſt v/ dat gelt hē

eadem ſtare fortuna, lucri vel damni ſocius
ſoo iemāt met eē van ons beyde ſtaen.
eſſe, loquatur licere, & ſocietatem nobiſcum
coeat. Le. Probè: nec ego muto dictum.
Sed eccum, ego nobis huius certaminis au-
ſpicium dabo, aut ſi voles, ipſe facito. N.
Imò tute auſpicator. L. Hoc tibi eiicitur.
Nic. Hoc quoque tibi. L. Ego ſum prior:
Sum vicinior portæ: Sum proximior fori-
Ic lig naeſt den vogel.
bus: Sum propior ianuam. Ego te proxi-
mius contingo limen circuli. Ego minus te
aberraui oſtio. N. Fateor: ego ſum poſte-
rior atque remotior. Ego longius abſum.
Le. Haud inauſpicato ludum hunc ingreſ-
Deerſte geluc ſwel mi my/mocht nae ſpel ſo goet zijn.
ſus ſum: ſi modò finis principio reſpõdeat:
ſi modò exitus eodem ſucceſſu æquiparet
ingreſſum. Bonis auibus hoc certamen au-
ſpicatus ſum, ſi modò tam dexter ſit mihi
finis quàm initium: Meum eſt prius lude-
re. N. Quis it inficias? ludito abſque tech-
wie ſeyter teghen?
nis & dolo malo. Lude ſic, ne me ludas &
ludificeris. Malim te & operam & omnia
tua ludere, quàm vt me ludas. L. Ludam
ita, vt ſis dictitaturus, rem tibi fuiſſe cum
Ic en ſal v gheen onhueſch wē
homine haudquaquam improbo. Dignum
me dices, qui cum in tenebris mices. Hem
pro foribus iaceo: ſecundum fores cubo. Vi
den' bone vir, vt immineo foribus? vt pul-
voer dē vogel leggen
ſo fores? præcluſimus tibi ingreſſum & tran
ſitum. N. Non eſt mihi nunc iſtac tranſi-
Ick ben eerſt wer.
tus, cùm ſecundum poſticam cubem. Non
eſt probi hominis per poſticam irrumpere.

achter deer spelen. Furinum est per posticá se proripere & introferre. L. Interim dum tu fabularis, hoc primum mihi accedit lucri. Hoc primo beor lucro. N. Sed istinc te explodam, te summouebo, te elidam, te exigam, te excutiam, te depellam, te istinc amoliar, exturbabo, proterrebo. Exuam te sedibus istis. Faciam istinc exules. Reddam te istinc extorrem. Eliminabo te istinc. Ista gloria te expungá. Ista te viduabo spe transeundi. Eximam, extorquebo te istinc. Istis te bonis elauabo. Istinc emouebo te. Eripiam te istinc. Abigam, amouebo te isto ingressu. Emungam te isto lucro. Absterrebo te ab ingressu. Exterminabo te foribus istis. Eiiciam, præcipitabo, expellam, exibilabo, exædificabo, eiectabo, abigam, abstraham te. Deiiciam te sedibus istis. Euertam te fortunis istis. Spero equidem te non diu hæsurum istic. Non diu in isto pendebis limine. Spes mihi est, te non diu istic impedimento mihi futurum. L. Nisi te spes fallat. Vide ne spes ista decollet. Vana spe vide ne teipsum lactes, ne te falsum habeas. Ne tua te spes ludificetur & frustretur. N. Periclitabor atque tentabo fortunam, quamuis longiuscule absim, vt extra iactum teli videaris esse. Experiar quid possim, vt vt cadat alea. Caue interim tibi, ne tua tibi crura afficiam, labefaciam, atque affligam, si meum telum fortè volaret irritum. L. Ha ha he: canem non venerem

Margin notes:
Jck heb eerst twee.
Jc sal v wel van daer bossen.
Ghy salt daer met lang soe scoõ ligge.
verteert dã soe ghy waent.
Jc salt be soeckẽ/ beproenen/ ondẽwinnẽ
wacht v schinckelẽ.

nerem iecisti: laterem lauisti, quod dicitur, onclaer
& aerem verberasti. Prædixin' fore? te ni- sydy.
hil acturum? te spei irritum euasurum? te dat ghy
spe tua casurum? Recté ne sum hariolatus, missen
ominatus, istam tibi operam perditum iri? soudt?
tibi spem in irritum casuram? Non tamen
lusisti omnem operam. Nam si non tibi, at al scayet
mihi commodasti. Tuum dispendium mi- v/tbaet
hi compendio est & lucro. Tuo damno sum my.
factus locuples. Tua me iactura collocuple- v scade is
tasti. Tu temetipsum huius arenæ finibus mijn bate.
exterminasti, quod mihi primo est lucro.
Tua te sponte foras ablegasti, te ex arena
hac abripuisti. Te legitimo loco depulisti
longius quàm æquum sit: Ex sphæristerio ghy zijt
exulatum abisti, quod primo mihi vertitur ouer.
lucro, quod mihi cedit in primum emolu-
mentum. Vnum numero lucrum, quòd li- Ick reken
mites huius circi transabieris, quòd arenam daer twee
exieris, quòd tuum globum hosce limites by/dat ghi
transadegeris, quòd transcenderis metam: ouer zijt.
quòd excesseris finibus præscriptis: quòd
longius æquo expatiatus sis: quòd lineam
præterieris: quòd septa transsilieris: quòd
extra terminos euaseris: quòd extra stadi-
um euolaris, & foras excurreris: quòd limi- noch hebic
tes transuolaris: quòd foras emerseris & fi- twee, dats
nibus sphæristerij exilieris. Hoc præterea vier/van
mihi altero ducitur lucro, quòd portã ipse dat ic duer
transmiserim. Iam igitur vt scias, bis sum v- speelde.
sus dextera fortuna, partim quòd annulum tweemael
wel ghe-
 se speelt.

ſemel ego traiecerim, partim quòd tu ſemel huius gymnaſij exieris fines. Intellextin'?

Jck heb twee. ſunt mihi duo, partim quòd terminos vetitos tranſgreſſus ſis, quòd extra præſcriptum abieris, partim quòd ipſe portam pertranſierim. Neceſſe eſt, vt idē tibi ſemel atq; iterū

Jc moet v helpē ghedencken. cantem, ne pòſt motis iurgiis factum negās meas mihi accîdas opes, & aliquā lucri partem abradas. N. Sed illegitimè ac perperam luſiſti; iniuriā mihi factum iuiſti. Nam tuū globum longo ductu & impetu per oſtium

opt duymkē aen den bogel dragē/ſcrapē, ſleppē/nz ſlaen met de clep. adegiſti: per annulū impuliſti: portā vi perfregiſti: vi adhibita prupiſti fores. Nam ego nonnihil dimouerā te à limine, & recto tramite, vt tibi nō fuerit promptum iſtinc, vbi conſiſtebas, tranſire, niſi fraudibus ductariæ palmulæ adhibitis. Non licet ita ductim & tractim ludere, vt vno ore cauimus anteà. Eadem & opera & arte funē tuo globo licet alliges, vt cōmodè quò & quà velis ductes.

dats voet ſculdich. Iſtud nō ſine detrimēto feceris, ſinam: iſtud non ſic abibit, aut ego abiero. Haud impunè feceris faxo: erit tibi fraudi atq; damno. Siquidem & annulū oportuit nō attactū vola.

ghi ſoudet wel in een kÿninghe worpē, ghi zÿt recht een kakelaertken. L. Dixin' fore, quòd rem certam eſſes in dubiam & in cōtrouerſiam tuo more verſurus? Es enim natura controuerſus: facilis eſt tibi anſa, ob quā controuerſeris. N. Sim qui ſim, cæterum lude tu legitimè. L. Ita luſi. Aut ſi

ſpeelt me onhueſch. qua videor tibi licentia vſus, eadem & ipſe per me licet vtaris, quando res poſtulabit. Si

quid

icentius egi q̃ par esse putes, pari iure,
iq; & ipse vtitor, quãdo vsus venerit.
postulas amplius? Cur mihi per te nõ
cuius tibi lubens arbitriũ facio agẽdi,
ido res ita poscat? quod tibi per me, si
do venerit vsui, vtiq; liceat, modò ve
Non accipio conditionẽ istam: satis
egibus sto. L. Si hic esses, aliter senti-
Nescio quid sentirem. Apage sis, istud
us huius ludi alienissimum est, nec vi
rmittam fiat. Sum natura obseruan-
is æqui. Strophas, imposturas, atq; in-
odi cane peius & angui. Quæ patria tã
a istum morem permittit; vt vola du
ceat globum, quasi cæcũ manu præ-
n, quo velis cunque? Istud si liceat, fa
i vbi iaceas, istinc te amoueas, & por
insuoles. Neque istud fuerit magnæ
quidem malo legitima arte, quàm vi
is, aut superare aut superari. L. Quid
Si ita animũ induxti atq; obfirmasti
non refragabor, non tuæ libidini ad-
or, sed iisdem posthac tecum vtar le-
Quare si quid peccatũ est, aliàs corri-
d hoc modò cõniueatur. Quod factũ
ctũ fieri non potest. Cauebo posthac
undem lapidem iterũ offendã. N. Ri
n. Siccine putas mihi verbis abundè
iri, quòd re incõmodatum sit? Quin
huc telum tuum refer, vnde eiacu-
s, ac denuo lude lacertis æquioribus.

Swant ickt niet anders doen mach

Ic en doet niet.

ic mach v ondhuescheyt, boeuerie, bedroch nyt lien.

lieuer reyn spelen, dã mz bedroch

Hey dees knecht? moet dat dã so zijn?

dat gesciet is moet ge sciet bliuẽ

Meyndijt so in te halen?

L.

men mach v niet van v propoost brengen. L. Hem, factum reddidi quod iubes. Homo es rubo arefacto præfractior. Citius frangare, quàm flectare. Nic. Quid cornicaris? quid garris? quid blacteras? Vide manticæ

wat cakelt ghy doch? besiet v seluen eerst/ compt van tot eē andↄ. quod in tergo est: teipsum inspicito: in tuū ipsius sinum inspue: temetipsum non me tuo pede metire. Sed facessant iurgia. Nondum restituisti tuam sphæram in ipsum eundem locum, vnde extorsisti. L. Imò restitui. Nic. Minimè gentium: huc positum oportuerat: hæc est prior eius sedes. Leon. Morosum hominem. Nic. Quid ais? Leon. Nihil.

wat eē wō stickhooft hebby? Sed falleris Nicolae: non quod res est dicis: abhorres à vero, crede mihi: veritate alienus

ghy segt daer v wil an. es, mendacio affinis, quod pace dixerim tua, credito. Nic. Quid tibi credam, homini lubrica fide? Leon. Incandescit homo impo-

siet hoe stert hy? tens animi. Nic. Quid mussas? Leon. Precor tibi dent dij mentem tranquilliorem. Nic. Comprecare potius deos tibi mentem dent saniorem, & fidem minus fluxam. Leonar.

wat kiuen wij om eē weermerct. Quid de lana caprina rixamur? Nic. Facito quod facto vsus est, & obtemperato veritati, omnis fuerit sopita lis. Le. Si meis pendere verbis recusas, percontare ex arbitris, vt ij nos dirimant. Nicol. Non video vllos hic arbitros, quibus vel iuratis credam contra quàm ipse viderim. Si fortè secundū te pronunciarent, quod absonum esset fidei dicerēt, & à te magis vtpote magis amico, quàm mecum & pro veritate starent. Nam quid

opus

aliunde rogato, quod hisce vidi oculis?
e postulas patentibus ac minimè hal-
ıntibus illudere, imponere, fucum fa-
culis? Oculis vigilantibus credin' te
ım facturum? Quid faceres si vel dor
m, vel cæcutirem? Non patiar me sa
ıe, laus superis, oculatum ita ludifica-
rcunscribi, vt aciem oculorum meo-
ı ludas, tuisque artibus præstringas.
d istud? pone pro tuo arbitratu vbi
vt missa faciamus hæc iurgia, vt his su
eamus rixis. Nic. Posui: ludito. L.
fortunam præsenti fauore mihi com
uram, quod tu detraxisti. Dixin' fu-
? Fortuna reddidit, quo tu me com-
multatum volebas: Fortuna exple-
ım tu mihi confeceras lacunam: dex
cule mihi restitutum est, quo tu me
eras emolumento. Fortuna labo-
pitulata, satis apertam significatio-
cit, vter nostrum veritate & æquita-
at nixus. Nunc iam tu ludere tan-
rgito. Ad te rediit ordo. At interim
ı me feliciter tuis defunctum alter-
bus. Nic. Vbi est mea sphæra? Leon.
quò torseris? Dij boni, hic homo ita
it ira, vt sui penè nominis sit obli-
escis quòd teipsum extra hos limi-
uleris? quòd globum tuum abegeris
um? quòd teipsum præscriptos vl-
ninos prætere geris? Si ludere voles,

Swildy loos gene dat ic voer myn oogen sie? Jck en sal my sons la te bedriegē nae v eyge seggen.

Wie recht/ oft onrecht heeft.

geworpen hebt?

dat ghy ouer zijt.

pri

prius tibi reuocandus est ab exilio globus, quem extra fines hos profugere coegisti. Fac prius redeat postliminio, & pedem profugũ referat tuus globus, qui foris exulat. N. Habeo. Hem tibi. Ehodum bone vir, quid machinaris? Præstolare tantisper, dũ meus globus suum confecerit cursum, antequam ludas. Nõ moris est, vt antè ludas quàm meus conquiescat globus, consistat & resideat. Nõ prius licet ludas, & tuum cõtingas iaculum, quàm meum resistat, & desiderato loco acquiescat. Imò si voles pergito ludere etiam priusquam mea sphæra suum cursum sistat. L. Nõ est ex re mea. Nõ est mihi ex vsu. Nõ est operæ precium. Spero te huc appulsurũ tam prope, vt te finibus ludi exsibilem atq; exigam, vt te extra hoc stadium propulsem, vt te extra hos cancellos amandem & ablegem, vt te proterream ad Garamantas & Indos, & hoc ludendi curriculo exulatum mittam. Spero te mihi tam expositum fore & commodum, vbi dormitante cursu quieueris, vt facile meo insultu atq; impulsu coactus vltra metas sis prosulturus, & in extera loca procursurus. Adhuc repit. Nondum omnino sopitus est cursus. Satis nunc iam mihi iaces obuius & pronus. Quiesce, siste motum, desiste moueri. Resistit. Sopitus est motus. Dormit cursu sopito. N. Hei fortuna non est mihi dextra. Tam est tibi, fateor, in procliui, vt me hinc quàm longissime proteles

Haelt uwe cloot weẽ.

Wat gady maken?

Tot dat mine cloot stil leyt.

Dat baet my niet.

Dat ick v ouer closse sal voor al le garpen.

Noch rolt hy.

Nu leyt hy stil.

teles

teles, quàm imber est, quando pluit. L. Periclitabor vires, quid possint, quid ferre recusent. Sceleratus ille laterculus, vide, obstitit, quò minus longè feraris. Proturbassem te q̃ longissimè, nisi lapillus ille restitisset. Prouoluissem te vltra quàm par fuisset procurrere, nisi stetisset à te lapillus ille. Proiiciamus hinc rudera, quæ tam obsint tibi quàm mihi. Meus globus reciprocauit in idem posticulum, vnde prodierat, tu fac redeas quoque eodem, vnde exieras. N. Non ita desipiam, vt me denuo recipiam, vbi tuis insultibus sim expositus. Hàc non successit, aliâ grassandum est via. Rectà contendã ad portam, non tamen sic, vt limen contingam, ne rursus exterebres me inde, & quàm longissimè prouolare cogas. Benè vertat. Pulchrè cecidit. Ludito nunc iam. L. Lusi. N. Hoccine est ludere, vix primoribus tonsis attingere globum? Quid semper idem loci occupas? quin euolas istinc? Facesse istinc. Promoue te istinc. Quid eundem semper incubas locum, instar gallinæ non oua parturientis sed pullos cõtinenti incubitu excludentis? Quid eundem semper nidum premis? Proripe, amolire te istinc. Prorepe ex isto nido. L. Huius cecidit mihi custodia portæ. Huius portæ custodem ago, vt si quis hostium immineat, arceam isto ingressu, & transitu prohibeam. Hic ago Cerberum: est mihi Cerberus hic agendus, vt si quis nouus hospes istis succe-

Hadde dat steenkẽ nz inde wech geweest.

minẽ cloot rolt weder om achter waert.

Daer ghy my bossen soudt.

Ic wilt op eẽ andẽ maniet besoeken.

wel geuallen.

uwẽ cloot nau te raken.

Waerom blijfdy op een ste.

Verstiet v van daer.

hier wil ic bliuẽ met fortsch.

succedere foribus moliatur, eum allatrem, & morsibus incessam meis & aberceam. N. Quid ducis tempus inutili tergiuersatione? Quid nectis moras? Quid remoram facis nostro lusui? Amabo, lude tandem. L. Suspensus animi sum, quid potissimum factitem, an assiliam in illum parietem, vt inde reciproco cursu in te resiliam; atque ita te remoliar istinc, an transuolem portam, & sic tibi assultem, an aliquò aliò me recipiam, vnde pertranseuntem te rectà consequar. Sed hęc postrema spes vix dum in herba est. Hac vltima spe non est consilium stare, non est consultum pendere, non est tutum niti. N. Expedi tandem, & absolue deliberationem istam. Quid caput scalpis? Quid arrodis vngues? Non agitur de capite. Non agitur caput. Non periclitatur vita. Si secus cadat quàm speraueris, tua ipsius sententia stabo, quantū amiseris. Eia age rumpe moras. L. Scio quid faciam. Annulum transsiliam, & in te inuolabo, vt sic te istinc remoliar. Tentabo portam vno saltu superare, & eodem tibi insultare, vt hoc pacto te reuellam istinc. N. Per me facias licet, quicquid animo sedet: cæterum vide ne tibi ista temeritas male vertat. L. Dicas quidlibet, mihi stat ita facere. Certum est tentare. Eho tu, nonne sat bene cecidit? Nihil tibi videor promouisse? N. Nonnihil sanè. At casu magis istud contigit quàm arte. Vix decies ten

Waer om toefdy toch.

oft ick v bollen oft achter spelen wil.

dese laetste hope te geest my.

ten cost geen leuē.

Ick wilt besoecken.

tvalt beter dant ghespeelt was

tanti

tanti semel ita successerit. L.Imò ausim spõsionem facere, tertio quoque experimento successurum ita, vel quouis deposito pignore. N.Suscipio sponsionem, idque deposito stufero in commune symbolum conferendo, in conuiuium insumendo. L.Prius hunc absoluamus ludum, pòst istud certamen ini turi, si eadem adhuc mente stemus. Interim tibi præcisa est ista transeundi facultas. Transeundi potestatẽ tibi præripui. N. Par pari referam, prima quaque oportunitate, quod te mordeat. Speras tu quidem nunc permeare, at ego bolum istum tibi faucibus eripiam, opitulante fortuna. L.Qua via poteris? N. Machinabor pedetentim adrepere atque subire, & obsidere vel ipsum ostium, vel saltẽ itineris medium, vt sic te recto prohibeam cursu, tibiq; fores præcludam. Præteragendus est meus globus, & tuæ viæ obiiciendus, vt ita transeundi commoditate exclusus, cogaris aliò diuersus abire. L. Exhibe mihi quantum quantum voles negocij, ego vicissim te quibus quibus potero commodis excludam. N. Hem tibi prodeo atq; proserpo, arrepto. Leon. Deosculabor scilicet dulci suauiolo, si te vicinius huc prouolnas, si vlla te via adoriri potero. Si huc in medium prouoles, blandis scilicet te complectar vlnis, blandis verò te salutabo verbis, obuiis scilicet vlnis excipiam te. Si huc propius aduoles, & vllum mihi locum præbeas, vl-

Ic wedde õ hoe veel ghy wilt.

Ick wed v õ eẽ stuiuer int gelach.

Ick sal v dyen roof wel õtiagẽ

wet v best.

vllamve feneſtram aperias aſſultim te adoriendi, ita naſum tibi præmordebo, vt ſis lubens reciprocaturus, & pedem relaturus, vnde progreſſus ſis. N. Hei, non ſat longè procurri. Paulò longius proreptum oportuerat. Si nõ niſi ſemel adhuc me voluiſſem, totum penitus occupaſſem & obſediſſem oſtium. Nunc ianua conniuet, & tibi ſtrata eſt via, tibi feneſtra eſt aperta mihi plurimum incommodandi. O ſi paulò penitius eſſem aduolutus portæ. Vtinam paulò penetralius eſſem ingreſſus. Nunc eadem opera (timeo) & me depelles, & ipſe tranſibis. Duplex tibi patet aditus fortunæ. Duplicem tibi ſpem oſtendit fortuna. Duplicis fortunæ ſpe polles. Duplici commodo fruiturus es, ſi bene proſpexeris. Gemina tibi ſpes emolumenti affulget. Si liceat mihi gradum referre, feliciore, puto, luderem dextra, nec tam cómodam tibi feneſtrã aperirẽ mei inceſſendi. Oh quàm inauſpicatus mihi fuit hic progreſſus. Si præſciſſem aues non addixiſſe, nunquam tam inauſpicatò pedẽ iſtuc tetuliſſem, neutiquam tam malis luſiſſem auibus. Me miſerum, hoc ceſſit peſſimè. L. Imò ſucceſſit optimè. Gaudeo ſucceſſu iſto. Melius cadere nõ poſſit. Meliore fortuna res ſtare nõ queat. Commodiori loco res eſſe nõ poſſit. N. Credo, tibi quidem optimè cecidit, at mihi non item. L. Ipſam rem tenes. N. Quî non olfaciam te ludere? Ride, & naribus vtere

Och hadic warder ghespeelt.

nv moecht ghy doer spelen.

gy moecht nu.ij. crayẽ mzeẽ scuet schieten.

mocht ickt verhalen/ sweer noch eens spelẽ

tis swel ghelucht. ic en machs nz bet swẽschẽ

Juist raet ghijt.

adun

aduncis, non diu, spero, risurus. Tu ludis, & ego ringor: non tamen hastam abiicio, nec tibi palmam cedo: licet rideas, ego tamen non despondeo animum: non labor spe: nõ linquor animo. Redit & victis quondam in præcordia virtus. Vir victus & denuò pugnabit. Pulchrè quidẽ adhuc ista confertur ratis, at vide ne ventus aliquando nauim deserat. Vidi non semel & fortunatiores & exercitatiores te, quantumuis diu amica & ꝓpitia fortuna vsos, atque eò loci prouectos, vt victoriam manibus prensare viderenter, tandem reflantibus ventis, & fortuna refragante atq; reluctante, inferiores abiisse. Nemo est, quin sæpe iactans, tandem aliquãdo Venerem iaciat. Quis est qui totum diem iaculans, non aliquando colliniet? L. Non equidem inuideo, vt tu spe bona animum tuum pascas interim, dum ego re & victoria triumpho. N. Ohe, desine glorias inanes flare. Ne ante tempus te insolentius efferas, specta finem. Ne ante victoriam canas triumphum. Nescis, ô bone, nescis, quid serus vesper vehat. Multa cadunt inter calicem supremaq; labra: Inter os & offam. Nescis in quem finem sit res exitura: quem finem ludus sit sortiturus. Sed quid moraris? pergito ludere. L. Hic faciam periculum quantus sim artifex. Si fortuna hic aspiret, post tentabo maiora. Si bonis auspiciis hoc succedat, ad maiora audenda mihi animus erit

galcht bals met my/ steect den draeck al stdy sint Jorts nz. Ic en geef te moet nz sloren/ist nv sus het mach wel keeren. wobbelaers goet en is maer ebbe eñ vloet.

Jck gunt v wel. Hoept ghi vast als ict win.

roept geen heet switte broot eer dattet in de oue is

Ic sal eës sien wat ic doẽ kã. lucet dit wel int eerste/ &c.

accenſus. Maiora poſthac deſignabo facinó
ra, ſi hoc voto meo reſpondeat. Maioribus
poſthac anſibus nitar, ſi hoc dextra fortuna
confecero. Ianua mihi cōniuet, vt dixti,
ſpero me eadem opera iſtinc te propulſurū,
& me prouecturum intrò. Spero quòd eo-
dem ictu te ab iſto propylæo euerberem at-
que protrudam, & me prouoluam & conii-
ciam intrò. Hîc mihi duplex arridet fortu-
na. Duplici pendeo fortuna. Geminum hic
mihi lucrum in foribus eſt. Duplicem hic
ſpem nutrio. Duplici ſpe teneor, & te iſtinc
deturbandi, & me inſinuandi intrò. Eadem
fidelia hic mihi, ſpero, duos parietes dealba-
bo. Eadem filia mihi duos parabo generos.
Lepidè hoc penſum accuraui. Pulchrè hoc
mihi confectum eſt negocij. Quid nunc mo
ror vel fortunam vel caſum? Fortuna mihi
in manibus eſt, nec euolare poteſt. N. Ne
audiat Nemeſis, vide. L. Audiat & adſit, ni-
hil laboro. N. Ne nimis inſolens, ne nimis
arrogans hoc ſit modò. L. Quid tricamur?
pergamus ludum hunc affectum & penè cō
fectum abſoluere, vt plenè triumphē. Sunt
mihi tria præ nihilo. Habeo tria ad tuum ni
hil. Tria numero, cùm tu ne vnum quidem.
Necdum principium lucri attigiſti: necdum
tibi fundamentum lucri iactum eſt vllum,
cùm ego ternionem conſecutus ſim. Trino
me beauit munere fortuna, te verò ne vllo
quidem. Tres mihi facti ſunt gradus ad victo
riam

Mz eē ſlach twee vlieghen.

twee crayē met eenen ſchuete.

Dat hebic wel beſcict

Dat gy mz te broech en ſpreect wat brabbelen wy? Ic heb. iij. om niet.

riam, tibi ne vnus quidem. Est mihi pes non nisi semel adhuc promouendus, vt plenã fortunam assequar, tibi verò quater. Tribus victoriæ portionibus me fortuna cumulauit, te ne vna quidẽ. Tertius est mihi iactus aditus ad victoriam, tibi ne primus quidem. N. Hui, quanto in periculo sum. Prô fortuna, quò me rerum adigis? quò discriminis, quò periculi impellis? Nisi adsis euestigio, nullus sum: periero: actum fuerit de me. Nunc mea res agitur. Aduigilato nunc opus est. Prospecto mihi opus est. Arte & industria opus est. Nunc rapidis manibus est vsus. Oportet huic præcursori instem curriculo, alioqui posteriores relaturus. Nisi festinato cursu huius præcursoris vestigia assequi & anteuertere contendam, victoria cecidero, omni spe abiero, excidero palma, prærepta mihi fuerit victoria, spes palmæ mihi fuerit præcisa, actum fuerit de victoria, tã periero q̃ extrema faba. Incisa mihi fuerit spes victoriæ. Victoria mihi de pilo pendet. Ludus hic mihi pẽdet tenui filo. Res mihi ad Triarios, quod dicitur, rediit. Meæ nunc in arctum coactæ sunt copiæ, quas nisi subsidiaria ope expediero, perierint ad vnum oẽs. Nunc sacra, quod aiunt, eiicienda est mihi ancora. Nunc mihi mouẽdus omnis lapis, nisi asinus q̃ rex abire malim. Nunc talus mihi mouendus est à sacra linea. Necdum tamẽ animo frangor. Necdũ animo sum pusillo & in genua lapso.

my gat po pelt my.

ic bẽtscaep quijt/ heel onclaer.

Ic ben in een quaet gat ghe= raect.

Nu moet ict wagen luck op raeck.

ic heb noch al moet.

Necdum animi sum abiectus. Necdum hastam abiicio. Necdum linquor animo. Spe erigor, me victorē, auspice fortuna, euadere posse, modò cautè prospexero. L. Si nemo repugnet, viceris. Si resilere velim quasi claudis pedibus & truncis manibus, pila sine dubio fuerit tua. At nostrum quoq; telum cuspidem habet acuminatam. Prospice, aduigila, elabora, adnitere, quanto poteris opere maximo, & nos pro viribus certabimus, neq; nos leui ac suspenso brachio, manibusq; supinis ac remissis depugnabim᾿. Et mihi sunt hastæ teretes, clypeiq; rotundi, Tum galeæ, tum thoraces procul igne micantes. Experiamur vtri fortuna sit aspiratura. Nunc oēs adhibebo machinas. N. Primùm meus mihi globus redauspicandus est in annulū, malis inde auibus à te modò exauspicatum, quem tu inde malis auspiciis auulsisti. Nō est enim quòd timeam te iam à postico longiuscule progressum. Sed eccam viden' occlusam tibi portam? Hinc si potes profliga me. Summoue hoc me ingressu. Rumpe aditum. L. Non faciam, nec attentabo. Tam excordes liberos non suscepit meus pater ex mea matre vllos. Interim dum tu istic teris ocia, ego me subducam, & corripiam ad frontem, ad anticam annuli partem, vt vbi tu exoneraris & vacuum reddideris ostium, ego recta consequar euestigiò. Pulchrè successit. Non si mihi sit optio data, meliorem locum deligam.

Stōd ic stil gy soudt dz wel winnē Wij hebbē ooc handē. Doet vrij v best/ wij sullent ooc doen.

Laet sien wiet winnen sal. Ic salō al mijn crach te anleggē Wedō voer den vogel brengen.

Ick salt wel latē.

te en wēste niet beter.

n. Quid istic tam diu resides? refer pedem
nc. Nisi gradum istinc retuleris, non lu-
m. N. Excute me. Emolire me. Emoue
e. Hinc me reuellito. Siccine tibi animus
i pedes decidit, vt non ausis me eradicare,
que exterebrare? L. Cur me periculis te-
nerè obiectare? Tuum est istinc efferre pe-
dem, & portam aperire. Hoc si voles, facito.
N. Eho lusi, & primos victoriæ carceres in-
gressus sum, mox ad calcem, spero, peruen-
turus: primis victoriæ honoribus sum initi-
atus, iamiam periculis perfuncturus omnib.
Venti, quibus hactenus sum vsus iniquis &
ex diametro contrariis, facti sunt paulò se-
cundiores: mox spero statione mutata, me
prosequuturos à puppi flatu secundissimo.
Vnum numero præ tribus. Primus mihi fa-
ctus est ad victoriã gradus, tibi verò tertius.
Primum victoriæ vestibulum ingressus sum,
tibi verò ad tertium & penultimũ eius an-
fractum est ventũ. Vnum est mihi, tibi vero
tria. Primũ mihi iactum est fundamentum
lucri, cùm tu me duob⁹ superes: prima mihi
lucro manus addita est, tibi penè extrema.
L. Non eo inficias. Sed ego finem huic ludo
nunc imponam. Restat mihi vnicus adhuc
ictus, quem si virgula diuina dextraq; fortu
na & successu secundo cõfecero, quod confo
re spero, vicero. Quin & porta mihi stat tam
exposita, tam obuia, & tam commoda atque
propicia, vt nisi cæcus sim, facilè traiecero,

Speelt va daer/ bech ter mi sot.

Ic tel een ic heb eẽs gewonnẽ.

T heeft mi al tegẽ ge- loopen/ nu hope ick t'sal begin nẽ te luckẽ

De bogel staet mi so scoon/ etc.

transiero, transcurrero, transmisero eam. N. Si ptransgressus fueris, quod dij prohibeant, cedam tibi huius certaminis palmā, cedam tibi ludēdi arte & victoria, tibi lubens herbā porrexero, manus tibi dedero, teq; victorem agnoscā. Sed ludito. L. Adsit fortuna, mihiq; det hanc operā, vt nunc eius adminiculo Colophonem ludo addam, & summū fastigium imponā, vt addam manum extremā. Hunc ictum secundent superi. N. Necdum peruolitasti: necdū extra lutum pedes, quod sperabas, habes, sed adhuc in salebra hęres: mediis adhuc iactaris fluctibus: dubia pendes adhuc fortuna: adhuc sub cultro es: nondū defunctus es: adhuc inter sacrū & saxum stas, nec habes, quomodo euadas. Istinc te facile elidam. Præcipitem te dabo istinc in Panticapæum. Proruam, propellam te istinc. Amandabo te extra huius arenæ metas. Relegabo te istinc in exilium. Prosternā te istinc. Euertam te fortunis & sedibus istis. Quî sapit tibi hoc talitrum? L. O vires Herculeas. Chalcenterus esse videris, tanta me vi propulisti hinc, tātis me viribus hinc remolitus es, tam lōge extorsisti me. At verò parum legitimè lusisse videris. Nam globum tuum suo loco nōnihil mouisti, & clam eò duxisti, vnde in me cōmodius assilires, vnde ꝓmptius adorireris me, vnde facilius me infesto peteres assultu atq; impetu. N. Factum istud nego. L. Imò factum insto. N. Equidē pernego. Cedo

Jck gheef v tspel.

dat ic dit spel af speel.

Daer slae gelnc toe.

gi en sijter noch niet wer/noch ist al verre vā lachen.

Jck sal v daer wel af crijgē.

Y/wat cracht is dat?

Ghy hebt geen scoon spel ghespeelt.

Dat gi mi nē cloot te beter bossen sout.

quemuis arbitrũ, cuius cuius voles verbis ſtabo. Si quis oĩm ex circulo ſpectatorũ viderit & aſſerat, faciatq́; tecum, victus abibo. Quid aliud tibi vis? Quid animi ſuſpẽſus moraris? Quid ducimus horã rixis? Satin' rixarum? L. Cedam oportet mordicus & ptinaciter reluctanti, quantumuis citra veritatem. N. Dixi quod res eſt, nec vel latũ vnguem vel tantulum deflexi vero. Verba mea non ſunt deuia recti, nec abſona fidei. Nihil à veritate deſciui. Ne latum quidẽ culmũ diſceſſi veritate. A mendacio nõ ſteti, nec vnquã ſtare velim. Nihil à veritate dixi alienum. Nihil locutus ſum, quod à veritate diſſideat, diſcrepet, abhorreat. L. Sat eſt: fidẽ habemus. N. Habeo igitur duo prę tribus. Duplex mihi iactus eſt ad victoriam gradus, quem vno duntaxat ſuperas, breui ſpero te tuo dignitatis gradu dimoturus. Bis iam ad ſpem victoriæ feliciter promoui, tibi non niſi vno gradu impar, iam iam te vel æquaturus vel anteuerſurus. L. Nondum me aſſecutus es. N. At gnauiter tibi præcedenti inſto. L. Necdum ſumus pares. N. Non multum impares. Premo ſaltem iam nunc veſtigia præcurrentis, iamiam à tergo relicturus. Spero me breui, te poſt terga relicto, in portu victoriæ nauigaturum. Le. Necdum adæquas me, tantum abeſt vt præuertas. Sed pergamus. Eſt ne meum ludere? N. Etiam. ludito. L. Prô fortuna. Nimis turpiter me hoc ictu dedi.

Ic moet v toegevẽ al hebby onrecht.

Ic heb die waerhz geſeyt.

Ic geloof v wel.

Ick win tweemael.

Ick ſal v haeſt voer by weſen.

iſt nz mỹn buerte te ſpelen?

Iisdem me periculis imprudens inieci, quibus hæserā antea. Denuo memetipsum dentibus lupinis obieci, & deuorandum propinaui. Quis malus genius mihi mentem ademit, aut me infortunij agitat intemperiis, vt tam sinistrè luderem? N. Præcurre rursus ad limites, vt globum tuum extra hos fines ablegatum sinu obuio excipias, reuoces, & in pristinas sedes restituas. L. Papæ, videris mihi factus alter Cephalus, qui missilia dicitur habuisse, quibus, quicquid vellét, figeret atque feriret. N. Nunc iam sumus pares. Non verbis solùm æquiparo, sed & arte magistrū. Tria enim sunt mihi perinde atque tibi: te exæquo: triadem nactus sum iuxta tecum. Age verò, quid cessas? defluxit tibi spes? spes tibi abiit? lapsus es spe? abiisti spe? Huc ades, aspergam tibi aquam, vt animū resumas, teq; ab ista ęgritudine recolligas. L. Tu rides, at ego ringor. N. Quod abs te allatum est, tibi id esse relatum puta. L. Vix scio, globum meum quò ducam, tam es mihi infestus vbique. Nescio quem reperiam locum, vbi per te mihi liceat esse in tuto, tam vbsque me tuis assultibus incessis. Nusquam inuenio, vbi per te mihi in vado liceat esse, aut in portu nauigare, tam vbiq; certa me dextra ferire calles. N. Quid ni? credis tibi deos dormienti confecturos omnia? Non vbique dormientium rhetia capiūt. Nil sine magno Vita labore dedit mortata-

Nb coem ic hē sweer ter slach.

My dunct dat ghy eē boge hebt die nz missen can als Jacke de de

Is v die moedt ont uallen.

Joct ghi/ ic steeck in de pekel.

ouer al come ic v ter feest.

Meyndyt al slapende te crijgen?

talibus. Sudore multo stat victoria magna. Citra puluerem nemo vicerit Olympia. Putabas, ô bone, victoriam dormitanti tibi in os inuolaturam, quemadmodum tritici grana congesserunt in os Midæ stertenti formicæ? Non ita, ô bone, non ita comparatũ est natura. Dij omnia laboribus venditant. L. Quorsum omnia ista funditas verba, quę nihil ad rem? N. Quid interim faciam, dum tu caput scalpis? Si pergeres ludere, tacerem. L. Nihil video cõsultius, quàm vt hinc me ad posticum annuli corripiam, atque illic te expectem, ac transire molientem reuerberem, & ad fines transadigam, quos me iam semel atque iterum præturbitare coëgisti. Nunc si audes, adsis, propellrm te hinc vel vltra columnas Herculis. N. Nihil moror tuas minas. Ne huius quidem facio tuas minacias, vt Plautino verbo vtar. Tentabo portam perfringere. Velis nolis perrumpam. L. Vah, nondum pertrausisti. O factũ benè, depauperasses me penitus, & omnibus me fortunis exuisses. Nondũ extra omnem aleam positus es. Necdum pedes extra lutũ habes. Transitu te prohibebo. Abercebo te foribus istis. N. Quî poteris? firmius infixus sum, quàm vt hinc me præcipites. Firmius sedeo, quàm vt hinc me demoueas. Stabilius hæreo, quàm vt hisce me sedibus euertas. Firmiores radices egi, quàm vt me reuellas & extirpes hinc. L. Periculum tamen

Meyndy dz v gebra dē duyuen indē mont vliegē sullen.

Helpt v seluē/so helpt v God.

Achter dē vogel spe= len/om v achter sotte clossen.

voor alle kuskuken Swech in alle garpen.

ist v lief/ ist v leet.

Ic lig vaster dā ghy my daer af sult clossen.

Ic salt swaegen, myn best daerō doen. men faciam. Vires & fortunā periclitabor. Omnem lapidem mouebo. Pro virili conabor. Pro viribus enitar. Vel ter sex, vel tres

Op luck op raeck. taxillos iaciam, quod dicitur. N. Viden' te, quod dixi, piscatum in aërem, & in mari venatum? Vides ne quòd littus araris, & late-

Dattet al achter tuet met v gewist is. rem laueris, id quod ita hariolabar euenturum? Numero quatuor, quæ ludum absol-

Dat eerste spel heb ic gewonnen uunt. Prima mihi cecidit summa cum laude corona. Nunc pronuncia, quanti certauerimus. L. Talitro. N. Accipe tibi. L. Hem expecta, videam prius, quib9 venias instructus armis. Videtur mihi, nescio quomodo, medij digiti tui fulgere atque choruscare, secus q̄ soleat, vnguis. Quid est, quod ita micat & fulgurat extremum digiti? Videris æream

Ghy hebt eē vingerhoet aen v vinger. galeam indutus digito, qua sarcinatores vti consueuerunt. Videris armato prodire digito, quo me ferias. Nisi exuas sartoriam istam onychothecam, non continges meam frontem. Nisi æream istam detrahas dactylothecam, meæ frontis non faciam tibi contingendæ potestatem. Nisi sarcinatorium istud

Die vinger hoet. digiti pileum ponas: nisi digitale istud abiicias, non fiet tibi meæ frontis attingendæ copia. N. Quid tu somnias? vide, nihil gero, nisi digitos nudos. L. Si mihi strueres talem frau

Speeldy mi die boeuerie? ick sou me handē hebben. dem: si huiusmodi dolum mihi machinareris, quale dudum vicium scio cuidam oblatum esse, profectò sentires me non truncum aut languidum, & eneruatum manibus, aut

robo

robore defectũ, nec me placido benignoq;, vt hactenus vtereris: sed continuò tibi vnũ atque alterum infringerem & impingerem colaphũ, vt omnes tibi dentes nõ labefactatos modò, sed excussos crederes. Ecca frons mea: illide mihi talitrũ. Nihil timeo, nudis modò digitis, non ferro vel ære armatis vnguibus me petas. Non minus credo tibi atq; mihi dolebit. N. Vt tibi munus hoc arridet? vt sapit osculum? L. Ita vt nolim gratis susci pere alterum. Quare decedam successoribus & in Musęum me recipiam prouisurus quid agant muti magistri. N. Queruntur te rarũ secum habere cõmercium. L. Quid ais? N. Iubeo te valere. L. Vale quoque.

ic sou v dz hoot te verge d'stellē.

¶ Gerbrandus libarius Amstelredamus & Nicolaus idem.

G.

EGO succedam victo. Ego primus delegi Leonardum, cui, si victus abiret, sufficerer. Ego me primus omnium designaui Leonardi, si victoria laberetur, successorem, & eius muneris me candidatum declaraui. Nemo mihi has ludendi partes præripiet, meum hoc munus obibit nemo. Ego mihi ipsus ero & dominus & seruus. Atriensis & mediastinus, à manibus pariter atque à pedibus. Quid moraris Nicolae? vin' mecum colludere? an mauis tu quoque abire ludo, & alij tuam prouinciam delegare? Iam dudum fessus es ludendo.

ic moet spelen.

ic wilt self doen.

Wildy een andr voor v latē spelē?

Ma-

Magis tibi ſedet, credo, reſpirare aliquantiſper, & acquieſcendo ſpectatorem q̃ actorem agere. Illud enim minoris erit negocij quàm hoc. N. Sim licet feſſus, non tamen iacet animus mihi, nec ſpes victoriæ languet. Quanuis mihi brachia iamdudum & genua diuturno fatiſcant luſu, non tamen hanc lampada tradam alij, ne vel victus, vel nimium laſſatus, vel mihi meæque fortunæ diffiſus, quaſi neceſſitate ductus videar vobis integris cedere & herbã porrigere. Nemini veſtrũ quanuis integro defatigatus concedam. Bos laſſus fortius figit pedẽ. G. Res ipſa loquetur: non eſt quòd tuæ laudis ipſe buccinatorem agas. Sed veni, ſi qua tibi præſens in pectore virtus. Exordiamur telam. Non lingua, ſed manibus velitemur: nec multa profundamus verba, quemadmodum vos odioſe feciſtis. N. Nos fabulati ſumus nõ veſtris, ſed noſtris linguis. Cui facta eſt à nobis iniuria? G. Omnibus nobis, quibus non licuit hactenus per vos ludere. Iam dies præcipitat, & pomeridianũ tempus penè effluxit, quod luſibus datum erat. Non multum ſupereſt temporis, quod luſibus accommodare liceat. Si per voc licuiſſet, iam ſemel atque iterum luſiſſemus ſinguli, noſtriſq; affectibus penè factum eſſet ſatis. Nunc ſi ludendi vices, vt par eſt, in orbem ſint ituræ ac redituræ, ne ſemel quidem omnibus & ſingulis ludendi poteſtas fiet. N. Videris meditatus

dat ſal v mackeijcker zijn.

Ic en ſoudt geenẽ anderen ouergeuen.

het blijct tis pleyn.

Hebdy eenich hert.

Wij hebbẽ niet veel tijts meer.

Wij ſoudẽ ons luſt gevoet hebbẽ ẽ ſpel ſal om gaen bi buerten.

obiurgationem qua me incessas. G. Quid ni? ita meritus es, & amplius eo. N. Quid istuc? ludite vel ætatem, si libet: ego equidē abeo: hoc enim vobis volentibus esse video, hoc vestris animis sedere animaduerto. G. Acu rem tetigisti. Sic equidem ducebam animo, rebarq; futurum. N. Quid ais? G. Nihil, nisi vt rectè valeas. N. Vale quoq;. G. Illum nobis pulchrè expunxi. N. Quis ludat cum vitilitigatoribus illis? Vix arreptis certandi armis, quibus mecum congrediatur, continuo mecum occipit cómutare verba: statim incipit mecū expostulare, de non facta sibi prius ludendi potestate: quasi per me stetisset, quò minus luserit. Si ab ipsis ludendi carceribus altercari incipit, quid in progressu futurum sperem, quando nó omnia responderent voto? Ab vnguibus æstimamus leonem, & ab inauspicato principio finē. Valeant qui dissidium volunt. Nihil noui, nihil insolens facis, ô bone. Semper tibi similis es. Crater litium es. Quid autem mecum frustra stomachor? Gaudeam potius me defunctum illis ludendi rixandiq; molestiis, & mihi datam ansam mutos magistros adeundi, literisque operæ dandæ. Valeat res ludicra, si me palma negata, macrum: donata, reducit auarum ludendi, & studiorum itidem damnum accipiendi.

My danct ghy compt om my te kyuen.

Iuyst geraden.

ghy hebt ons wel vā die bracht bloot/ die man quijt gemaect.

men kan wel siē dz eē mensch geē paerts hooft is.

Een recht knibbelaer/ kakelaerkē/ kijuerken.

Wech met de brabbelingen.

¶ Gerbrādus idem, & Bruno Cornelij filius Amstelredamus, de eodē ludo sphærico.

G.

Ic heb den die man quijt ghemaeckt.
wat vraghe wij na sijn gramschap.

G. Illum pulchrè nostro exemi numero. B. Scis, excessit arena stomachabundus. G. Quid nostra? Quid moramur eius stomachum? Nulla est ei vel dicta contumelia, vel facta iniuria. Non habet quod queratur. Vt dies adimit hominibus ægritudinem, ita tandem illius quoq; detumebunt animi, ac desæuiet ira. Pergamus nos ludere. Quis vestrum auet cõcertare mecum? Nemon' huc procedit? Miror cur animus vester iaceat, cur frigeat ardor. Heus tu Bruno, adesdum, congredere mecum. Ineamus nos sphæricũ certamen: conseramus vnà manus. Quid resides? Nostræ coeant in prælia dextræ. B. Coibo tecum in certamen, modò fidem das te lusurum legitimè, & sine iurgiis. G. Fidem do. Adsis modò. Desume tibi vtram voles & sphærarum & tonsarum. Equidem indifferens sum, vtram habeam. B. Quid discrepat ouum ouo? Nihil, aut perparũ esse discriminis video. Nulla optione, nullo delectu est opus. Delectus habendi gratia ne surgerem quidem, si cõmode sederem. Sumo, quæ mihi iacent proximius: tu si voles cape, quæ tibi vicinius. G. Quid ni velim? Æqua propositio est. Neque hic neq; aliubi vsquam tuæ libidini aduersabor. Oleo me tranquilliorem dices. Iaculare prior. B. Imò tu prius iaculator. Tu maior natu es, tibi deferendus est hic honor. Tibi lubens cedo priorem ludendi prouinciam, cùm mihi ætate,

Eẽ ey is eẽ ey, ick en weter geẽ keur an.

Tis al euen gelijc, hoe ghy wilt, so wil ic me, soe belieft dat my.

non

non fallor, antè eas. G. Næ ciuilis es totus. Jck wil v
Hem tibi. Eia tantisper expecta, dum meus wel eerst
resideat globus. B. Expecto lubens, nam in latē spelē.
rem meam est, quod iubes. Iam sedet. ludo. Dz baet mi
En tibi. Euge bonis auibus certamen auspi
catus sum. Transiecto annulo primum vi-
ctoriæ vestibulum egressus sum. Primus mi Ghy hebt
hi iactus est gradus ad victoriam, hoc si præ- eerst een.
terea ter euenerit, rude donatus fuero, & ex-
tra omnem fortunæ aleam positus. Quin & Ghi sullet gewonnen
te sum propior portam. Meum est prius fe- hebben.
rire. G. Non inficior. Ferito. B. Tu mihi
primùm salutandus es, & præteragēdus me-
tam, cùm non nisi paululò cubes ante me.
G. Facito quod voles. Spero mihi quoque Jc moet v
tempus euenturum, vt tibi parem sim gra- eerst ouer
tiam relaturus. B. Pulchrè successit. Secun- closen.
dus mihi iam factus est gradus ad victori-
am. Secundus mihi iactus est aditus ad præ- Jc heb .ij.
mium obtinendum. Si porrò res ita pergat,
reddam te lucri tam expertem, tam exsortē
victorię, vt ne inter apia quidem sis futurus, Jck sal v
ne primum quidem victoriæ sis vestibulum blutsen dz
ingressurus, ne à limine quidem victoriam ghi niet eē
salutaturus, ne guttam quidem lucri vel pri- crigē sult.
moribus labiis delibaturus, ne primum qui-
dem vestigium ad victoriam facturus. G. Ne
nimis insolenter ante barbam cristas erige. Niet te
Omnium rerum vicissitudo. Nescis quid se- broech/ gy
rus vesper vehat. Inter os & offam multa ca weet noch
dunt. Fine nō principio metimur victoriā. niet wat
paep meer
ten sanck.

Non-

Nondum tibi ludus ad exodium est ductus. B. Sed heus tu, vide quò se mea sphæra voluat: vide quò se vertat: ne pòst fraudibus me credas vsum. Si paululum adhuc circumagat sese, in mediam portam se prouoluat & insinuet. Pulchrè cecidit alea, portam incubat meus globus & insidet. Portam occupat atque obsidet. Medio potitur ingressu. Hinc me non emoliaris, ne si ipsius quidem Herculis polleas virib⁹. G. Papæ, quid istud? B. Quod vides. G. Mehercle, nisi vidissem hisce oculis, nunquã tibi crèderem ne Iouẽ quidẽ lapidem iurato, qđ istud sine dolo malo fecisses. Mediusfidius, nisi cõspicatus istud essem, tibi fidem non haberem, quamuis sanctissime deieranti, fide bona rem actam. Nihil vidi vnquam fortunatius. Videris mihi vel Fortunæ, vel Herculi nescio quid polluctï, aut magnifici doni vouisse, quod tibi adsint ita dextri & amici. B. Perge ludere: cras quando vacabit, fabulare. Sunt qui finem expectant, quique amant magis lusores agere, quàm illic desidere spectatores. G. Approperabo gradum istuc ad portã, vt vbi tu transmiseris, ego rectà consequar. B. Nisi spes vana te ludat. G. Experiar quid possim. Periclitabor fortunã. Commodè iaceo. Excede istinc: da mihi locũ ludendi. B. Excessi, ludito. G. In triuio sum, nec quid potissimum faciam scio, an te rectà per annulum subsequar, an retro pedes ferã, an eodẽ

po-

(Marginalia: Wel geluct ic lig recht indẽ bogel — al waerdi so sterc als Sampson — al swoerdy als een Jcker ten heyligen. — gy moecht niet qualic spelen. — een ander soude oock garn spelẽ — ic en weet niet wat ick doen sal.)

potius hoc loco maneam. Si transitu tentato fortè maneam inhęrens annulo, tibiq; fenestram aperiam me in exilium explodendi, actum fuerit de victoria: omnis mihi spes victoriæ fuerit præcisa: viribus accisis omnibus, nihil fuerit spei reliquum. B. Ohe: Expedi tandem istam deliberationē. Quando sat erit comperendinatū? Hic residebimus omnes scilicet expectantes, dum tibi sit caput languidis vnguibus scalptum satis. Me duce carpe viam. Quid times sequi, quà ego præcessi? G. Sequor, vt vt res cadat. Si non traiecero, quod absit, fortè non elidere me poteris, mihiq; spem aliquam victoriæ relinques. Neq; enim semper secundis vehimur flatibus. Hoc bene vertat. Heu quarta luna videor natus. Aduersis vtor planè & ventis & torrentibus. Aduersatur mihi & ventus & fluctus. B. Hē aspice: remoliar te istinc vltra metas. G. Spero te nihil acturum. Istud fortuna prohibeat. B. Non prohibiturā spero. Quæ mihi hactenus fausta & prospera adfuit fortuna, spero, non destituet, donec ad victoriæ culmen prouexerit. Spero melius consore, quàm ipse precaris. Neq; enim inuulnerabilis es vt Ceneus. G. Nec tu Cephalus es alter, vt semper ferias, quodcunq; minaberis, arcu. Neque enim semper est felici ludere dextra. B. Faciam periculum. Nonne hoc pulchrè cōfecimus? Nonne in exilium actus es? G. Hoi hei lapsus sum omni spe.

Ick sal v schoon cos me ō ontte dansen.

Wat tueert ghy dat?

het luct soet soo.

tis niet als tijt voer de wint.

Ic ongeluckich visser heb son en maen tegen.

Ick hoep/ sal wel luckē met my.

ghi en sijt Achenis.

Is vs quaslic tescicte

G Vti-

Vtinã non essem adorsus perrumpere portã & te subsequi, sed potius huc aut illuc duxissem globum. B. Nunc tibi naufragio, quid prodest dicere, facto, Qua tua debuerat currere cymba via? Dictum factum. absolui ludum, nec tibi vel micam victoriæ reliquam feci. Ne gry quidẽ lucri fecisti. Ne pilum quidem victoriæ nactus es. Ne vnũ quidem floccum victoriæ obtines. Ne minima quidẽ parte sui te fecit victoria potiri. Ne minimã quidem sui copiam fortuna tibi fecit. Ne palpalam quidẽ victoriæ vidisti. Nec lucri vel achnen aut festucam participas. Erepta tibi est victoria vel cum puluisculo. Ne ramentum quidem victoriæ tibi reliquum feci. Ne vmbram quidem victoriæ vidisti. Nec vel vnus pes tibi motus est rectà ad victoriã. Ne pictã quidem victoriã vidisti. Emunxi te omni lucro vel cum ramento. Ne vnũ quidem pedẽ, imò ne latum quidem digitum aut culmum promouisti ad victoriam. Nihil omnino vel primi stadij emensus es ad victoriã. G. Scio, quid toties idem inculcas? quid eandẽ toties cantilenã canis? Obtundis me iisdẽ sæpe repetitis verbis. Desine ohe, idẽ mihi toties tangere hulcus. Aliâs vicissim, vbi priores ego tulero, te quoq; ridebo. Miror fortunæ iniquitatem, quòd tecum tota, nulla verò à me steterit. B. Mireris licet fortunã meã, at vt imiteris, non item. G. Nõ est tibi nupta, vt scias, fortuna, vt semper adfore oporteat. sed vale.

Wat batet na clagen? | dats ghesloncken. | Ic heb tspel ghy hebter noch eẽ bẽ niet na. | blutst. | te prallen. | ghy maect my balhorich met al u snap/ kakelen/ snateren. | ghy hebtet geluc in u hant niet.

sat

sat mihi lusum est. B. Vale quoque.

¶ Bruno idem, & Ioannes Henrici Amstelredamensis, de eodem colloquuntur, & de Religione. Br.

QVis nunc mecum congredietur? I. Quis præter me? ego tecum manus conferam. B. Adsis huc: leui te brachio conficiam. I. Si nemo rebellet. B. Reluctare & repugna quantum quantú poteris, te facili negocio deuincam. I. Papæ: si vnico successu elatus tam es insolens, quid futurum speremus, si pręterea bis terve superior abieris? Tum demum digito cœlum tibi contingendum credideris. Quod te fortuna rogo, ne quid huiusmodi permittas. B. Fortuna ad tuas preces obsurduit, sat scio. Fide tu precibus, ego nitar arte, & videamus vter plus promoueat. Imò quid opus est viso? Victoria mihi est in manibus, nec effluere digitis aut euolare sinam. I. Ohe desine flare glorias. Cessa triumphum ducere ante victoriam. Quid? tuis minis me territare aut animi cōsternare credis? Nihil agis. Vulgo dicimus: Qui minis exanimatus perit, eius elationē bombis ventralib9 prosequendá. Experiamur quid vterq; possimus. Res ipsa & rei euentus loquatur. B. Res locuta est. Vidisti q̄ paruo negocio prostrauerim Gerbrandú manibus te multo promptiorē. I. Quanto sit promptior, equidē nescio. Hoc scio, nudiusquartus cùm vltimo luderemus, eú & mihi succubuisse, absit laus, & tibi lōge,

Wie sal tegē mi spelen?
ic sal v helpē daer ghy hoort.
ghy soude meynē dat ghi den hemel gewōnen hadt.
twoet met mi luckē.
twach my nz ontgaē.
poft, blaest nz te seer.
meynt ghi mi te verbossen.
men salt blus swel sien.

eadem hac certandi arte antecessisse. B. Illud aduersanti fortunæ, nō victrici arti asscribendum censeo. I. Ita & nunc siue arti siue fortunæ asscribas, nihil laboro, modò saltem vicero. Effectum autem curabo superis mihi bene volentibus, vt quo modo tibi Gerbrandus concessit, eodem & tu demissis auriculis vt iniquæ sortis asellus, sis mihi cessurus: & abiens illud tecum sub lingua immurmuraturus: Cedimus, inque vicem præbemus crura sagittis: aut quod est eiusdem farinæ: Cædimur, & totidem plagis consumimus hostem. B. Quid tricamur diu? quid nugamur? quin auspicamur tandē, & certaminis principium iacimus? Frustra tempus fluit, & iamiā nos deficiet, nisi moras præcipitemus omnes. I. Age, auspicemur. Nihil equidem moror. Sed heus, audiamus quid horologiū loquatur. Nam agit horæ præludium. Præludit horæ nescio quotæ. Præcentionē agit ad reddendam horam. B. Dabit signū quartæ horæ. Reddet quartam horam. I. At numeremus: prima, secūda, tertia, quarta, quinta. B. Hui, quid illud sibi vult? I. Ego quoque miror. B. Nondum credo quintam esse. Horologium mentitur. I. Spectemus gnomona solarem, is verus erit nobis arbiter. B. Spectemus. Papæ, hic quoque loquitur esse quintā. I. Profectò quinta est. Nam & illud est certo argumento, quòd datur signum ad hymnos serotinos virgineæ matri decantandos.

[Margin: dats ghe-luc niet de kūst scult. — gelijck een bepisse pape. — binnens monts spreken. — tis al, slaet ghy my/ic sla v weer. — wat hasper en wy. — laet hoorē wat de clocslaet. thoer slach slaet. — o swats dz — thuerswere raeft. — datmē tlof luyt vā ōs lief vrou.]

dos. Confluamus in ædem, his posthabitis lusibus. B. Absoluamus hunc prius ludum. Expediamus cito hunc ludum. Modò antequã laudis virgineæ medium absoluerint, in ædẽ nos sistamus, sat tempori aderimus. I. Absit à me, vt quicquam decidam rebus diuinis, quod meis dem voluptatib. Sacra mihi sunt omnibus rebus anteuertẽda. Posthabeamus ludicra hæc certamina rebus & sacris & seriis. Anteferenda sunt sacra prophanis, seria ludicris. Mihi religio est, nõ statim ab initio sacris interesse, si modò licet, quam religionem tibi quoq; velim obiectam eandem. B. Vnde tibi noua istęc incessit religio? I. Vnde nisi afflatu diuino. Cui si tu quoq; parêre voles, simili religione te quoq; breui obstrictũ iri non dubitarem. Bonum autẽ ieceris fundamentũ salutis, si tu quoq; ita te cõpares, vt nunq̃ te sacris rebus absentes, quandocunq; per ocium interesse quibis, nec vnq̃ tuis vel nugis vel voluptatib. posthabeas diuina. B. Superstiosus es Ioãnes, haud religiosus. I. Nihil moror tuam sinistram de me censuram. Mihi satisfacit mea mens sibi conscia recti. Tibi vero precor mentem meliorem, quam deos aliquando tibi quoq; aspiraturos spero. B. Si quòd dicis verũ est, inaurandus mihi videris, & in arã sustollendus, atq; inibi numinis instar adorandus. I. Quid ita? B. Nam diuinum tibi honorẽ tribuis, dum facis mentẽ tuam sibi consciam recti. Solius est Dei esse

alienum à peccato. Io. Non dixi me peccato omni alienum: sed ab hac re, de qua loquimur, mentẽ meam sibi consciam recti. Nam quod iudico, valde pium esse & religiosum, semper, quoad fieri potest, rebus diuinis interesse, id neutiquam erro, & ab ea re mens sibi conscia est recti. Sed abeo: ne veniam post festum. Vale. B. Vale quoque.

te laet.

¶ Collocutores iidem, de affectibus animi superandis. Br.

hoe heillich syþr ubr

QVanto nunc pinguior, quanto ditior, quanto sanctior es nobis, quòd paululò ante nos, postposito lusu, ieris ad laudes virgineas? Io. Quanto sim vobis locupletior, quanto melior: id equidẽ pronunciare, neq; possum, neq; si possim, volo. Id Dei cordium existimatoris, & iuris nostri omnium cognitoris esto iudicium. Sciemus & nos quid fecerim lucri, quòd ante vos omissis lusibus prouolarim in templum, quãdo mortalitate hac exuta stabimus ante iudicẽ, vel vitæ, vel mortis, quod absit, sententiam expectaturi. B. Pulchre tu quidẽ concionaris: at ego interim, dum tu abisti, victoria sum auctus: quam adeptus non fuissem, si statim inciso ludo tecum auolassem in ædem sacram. Io. Qua victoria? B. Lusi interim cum Cornelio Bartholdi filio Guormariano, & certaminis palmam tuli, victorq; euasi. Io. Imò tu interim lusisti & tempus & operam: ego autem ve-

dat laet ic god oȝdelẽ

tspel laten

tijt ess pro tijt ẽquiit

veram reportaui victoriam. B. Quam tu victoriam imaginaris, qui non pugnasti? Io. Imò pugnaui, & expugnaui. B. Qui cum fuit tibi pugna? aut quẽ hostẽ debellasti? An interim quispiã te cerasorũ ossibus incessiuit, aut malorum intestinis aut pyrorum extis insecutus est? an muscæ vel pulices te morsibus suis petiuerũt, quibus cum tibi sit fœliciter depugnatum? Io. Rides tu quidem. At longè grauior mihi fuit pugna, & longè meliorem nactus sum victoriam, quàm tu in animum tuum inducas credere. B. Miror quam tu tibi fabriceris, quam architecteris victoriam. Dic amabò, quid nam sit, quod loquare: nec me diu suspensum teneto. Io. Dicam, licet harioler te vel non intellecturum, vel non magnifacturũ, quod loquar. B. Quò diutius me suspendis, eò magis audiendi sitim accendis, & sciendi desideriũ inflammas. Io. Pugna mea cõmunis est omnium hominum. B. Est & victoria cõmunis? I. Non itẽ. B. Quid audio? Dic igitur amabo te, quæ sit victoria ista. Io. Pugna mihi fuit cum meismetipsius affectibus, qui sibi postulabant inseruiri: quibus ipse imperans victoria potitus sum meliori, q̃ si alios quidem sexcentos superassem, at à memetipso superatus fuissem. Responsare cupidinibus pulcherrima res est. B. Nõ satis assequor, quid loquare. Bruno sum nõ Oedipus. Dic rogo denuo, & quidẽ crassius, pinguioriq; Minerua.

heeft v iemant met kersse steenen/ clochuysen ge worpen? oft hebben v de muggen oft de vloyen gebeten?

laet my nz langher twyfelē.

alle menscen hebbē mijnē strijt

ic heb met mijnē quaden wil ghestreden.

segt noch eens eñ be sceidelijker

Io. Faciam, quod iubes, equidem, ac lubens. Nonne modò, cùm signum daretur, & quasi classicum caueretur ad laudes virgineas, dictabat tibi tuus animus, esse melius, postposito lusu, interesse gratulationibus virgineæ matri faciendis, quàm sacris & precibus & laudibus posthabitis interesse nugis & lusibus? nonne pulchrius tibi videbatur canere hymnos diuæ Virgini, q̃ ex ludicris rebus cõparata inani victoria inutilem ducere triũphum, & ineptias cantare? Dic verum. quid moraris? B. Si fateri verũ oportet, rem acu tetigisti. Io. Præterea, nonne alius quidam animi impetus aliud suasit, nimirum, vt diuina tuis lusibus posthaberes, abunde scilicet absolutis lusibus fore temporis, quod sacris rebus accommodares? Vbi prius tuis esset ludibundis votis factum satis. B. Rem ipsam coniectura tua consecutus es. Io. Viden' igitur pugnam? B. Video. Io. Vter istorum affectuum iam videtur melior? vter erat inhibendus & compescendus, iuta illud Horatij de frenanda ira loquentis: Animũ rege, qui nisi paret imparat, hunc frenis, hunc tu compesce cathenis? aut vter persequendus & promouendus, hic ne, qui neglectis rebus sacris suadet ludendum, an potius ille, qui dictat seria ludis, diuina prophanis, veraq; vanis antehabenda? B. Cui dubiũ, quin ille qui diuina humanis, & seria iocis preferenda docet, sit audiendus? Io. Vides igitur opinor,

quod

Margin notes: doemẽ tlof lupde. tupchdet v hertniet — ghi hebbet supst gheraden. — als ghy v lust gewoet had. — weest een heer ouer v seluen. eygẽ lust. — welc hooz de men te volgen. — God hoozt hooz te gaẽ

quod pace tua dixerim, q̃ turpiter sis victus, dum seruiisti malis affectibus, quibus imperatũ oportuerat, & quàm pulchra (absit inuidia dicto) sim ego potitus victoria, dum meis affectionibus iusto ordine imperaui, & relictis lusibus, quorum non minus tenebar desiderio atque tu, mox ad templum prouolaui, vbi primum esset cautum signũ ad hymnos Virgini Deiparæ celebrandos. B. Nunc intelligo quid dicas. Quin & aliâs curabo, non sis hac parte mihi antecessurus. Vale. Io. Tu quoque vale.

¶ Hadrianus Olphardi Harinchuseranus, & Thomas Vbbelius Guormarianus. H.

QVid sedes istic tam diu solus? quid ita tetricum? quid rigidum vides? Nihil loqueris? quid animo contemplaris, aut imaginaris? quid voluis ore? Est tibi obnunciatum triste quippiam, quod stomacheris? T. *pruetelt in hẽ seluen.* Meditor lectionem proximis horis reddendam, eamq́ue memoria complecti studeo. H. Necdũ memoria complexs es? Ego meã iamdudum memoriter teneo. T. Vt soles scilicet. H. Quid ais? Nescio quid clausum *ic weet ny* sub lingua immurmures. Cane apertioribus *wat ghy* tibiis. Quid ita canis intus? Condere verba *calt bin-* non promere videris? Quid ita vocem glu- *nẽs monts* tis quasi strangulatus? Dic clarius. T. Quid istud me beabit, quòd ipse teneas lectionẽ? *wat cã my* H. Vis apud te semel reddam? T. Non vacat *dat baten.* audi-

audire. H. Hinc tibi aliquem carpseris fru-
ctum, si me recitantem audieris. T. Vix est mihi spacium meæ lectionis ediscendæ, tantum abest vt tuæ sit audiendæ ocium. Ha. Vidi te iam plus minus horam continenter isto sedisse loco: miror quomodo nondum insculpseris memoriæ istud pauxillũ, quod ediscendũ præceptor dedit. T. Non est quod mireris. Non totum hoc tempus excolendæ memoriæ, & his dictatis ediscendis datũ est. Fuit mihi & quiddam scribendum. Fuit curandum, ne qua lacuna esset in authoribus superiori tempore auditis. Nam semel aberam nuper schola. Illa mihi fuit explenda lacuna. Fueruntque dictata mihi superiora ruminatione quadam recolenda. Ha. Satis superq; temporis adhuc est ediscendis dictatis, nunc cõfabulemur aliquãtisper. T. Non licet mihi per occupationes. H. Fac liceat, reiectis in aliam horã occupationibus istis. T. Dij boni, quàm molestus es interpellator: quàm odiosus interuentor! H. Amabo, da te mihi aliquantisper, aliàs vicissim me tibi dabo. T. Non possum. H. Fac possis: in manu tua est, vt possis. T. Mire odiosus mihi & importunus es. Nunquam vidi hominem studiis meis infestiorem. H. Non sum tibi infestus, nec molestus. Cupio te fabularum amœnitate nonnihil recreare. Parturio pulchrũ quiddã, quod si liceret mihi per te parere, nihil magis scitũ diceres ab vllo conger-

ß mijn les van buytẽ te leeren.

dat ghy noch v les nz vã buyten cunt.

te en swas laetsten nz scolen/ die scade moet te ßhalen.

ten mach my niet ge bueren.

ouerstellẽ.

wat een quelgeest zijdy.

op een andẽ tijt so goet sweder om.

ick soll de fantasien/ de muysneste: swat sot v hoot tagen.

gerrone natum vnquam. Obsecro igitur fac mihi nunc tui aliquantulá copiam, aliàs tibi vicissim faciá mei, quantá quantá voles. T. Apagesis, facesse hinc cũ tuis nugis. Amolire te hinc. Dixi iterum atq; iterũ non esse mihi vacuũ, quid opus iisdem verbis decies aut vicies repetitis? Satin' est dixisse semel? H. Si scires q̃ lepidam haberem fabulam, plurimũ aueres audire, & scire gauderes. T. Ohe, necdum satis nugatus es? Nisi abeas, curabo dictum preceptori, vt datis pœnis, aut obiurgatione accepta, tum demum abstineas fabulis, & me sinas meis frui studiis. H. Meminero, meq; tibi aliàs vicissim præbebo similem, qualẽ tu nunc te mihi exhibes. T. Nihil moror, vale modo. H. Rubo arefacto præfractior est. Quicqd semel prehendit, mordicus tenet. Quam semel decreuit persequi viam, velis nolis obfirmat: nec abit incepto vel proposito: neque vel latum vnguem à sententia discedit. Valeat pertinax ille: mihi quæram alium cõmodiorem & faciliorem, quo familiariter vtar. Ociosus esto Hadriane. Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis.

uyt van hier. eens eñ ander werf. wilt ghy watte mẽ ciucht dat ic heb. ist noch nȝ lãg genoech gebootst. ic sal me so doen. ic en vrager nȝ na. hy blijft daer bi als een vief by sinẽ vast. ic wil gaẽ soeken een beter quãt daer ȝijnd wel meer.

¶ Cornelius Heimanni fil. & Bartholdus Francisci fil. ambo Guormariani. C.

OMnium rerũ satietas. Videbar mihi ante horas aliquot studendi tanta dulcedine captus, vt nullũ tempus quãuis longũ, ne si vnus quidẽ dies in treis nullis noctibus intervallos interruptosve dies abiret, crederẽ meo desi-

tis al niet dat God nȝ en is

desiderio facturũ satis, at vide vix hęc pomeridiano tempore cōpleto exactoq́; studiũ fatiscit, caput dolet, oculi cadunt sopore, ingeniũ stupet, memoria languescit. Credũt agricolæ nostri, quando totũ diem explerunt facienda agricultura, & vesperi redeunt domum ex agris defatigati viribusq́; defectis,

moe en mat.

nihil grauius suo labore. At mihi videtur nihil grauius studio literario, quod magis afficiat, maceret, exhauriat: si modò non perfun-

niet nae den ooch/ kouwelic.

ctoriè & oscitātęr, vt à multis, sed ex animo, gnauiter, & contentis ingenij viribus colatur. Quantulũ temporis impensum studiis, me ad languorem dedit. Vtinam caput humanum par esset continentibus & perpetuis laboribus, nunquam tædio studij dormire postularem. Sed quid faciam? cedendum necessitati, cubitumq́ue eundum, & vires ingenij nocturna quiete sunt recolligendæ atque reparandæ.

mē moetet dstāt met slapen weder in tstel brengen.

B. Quid moliris facere Corneli, quòd femoralia exuis, & vestium ligamina soluis? venatum es iturus pediculos, an quod in vestibus lacerum est, resarturus?

wilt ghy luysen vangē.

C. Neutrum stat facere. Neque enim scateo pedibus, neque resartis vestibus mihi opus est, cùm nihil sit diloricatum. Quin & si quid opus esset, parentum meorum foret, me sartum tectum illis in rebus seruare.

Ic bē niet luysich/ eñ myn cleeders sijn nz gescheurt.

B. Quid igitur? C. Accingo me quieti nocturnæ. Meditor me dare somno.

Ick wil te bedde.

B. Hui, tam cito? Adhuc multa lux est. Noudum crepus-

cu-

culascit. Nondum exactus est dies. Vix credo septimam esse auditam. Soles in multam noctem lucubrare. Quî fit vt nũc tam præmaturè, tam præfestinè ad somnum te acceleres? Cor. Dolet mihi caput, non possum diutius assidere libris. B. Vnde tibi contractus dolor capitis? Vnde caput affectum est dolore? Vnde tibi caput dolore affligitatur? ex nimio'ne studio? Cor. Equidem nescio. Coniecto vel ex studio profectũ hunc capitis dolorem, vel forsan ex seminario quodã morbi iamdudum ingruentis, & intus clàm insidentis, iamiamque exorituri. Bart. Dij prohibeant istud omen. Dij meliora. Faxint superi, vt tranquillum ducas somnum, noctemque quietam, & cras nobis sanus & saluus, pristinæque restitutus valetudini, resurgas. Cor. Faxint vtinam superi. Sed heus tu, crastino manè, cùm primum surrexeris, rogo me visas, & si dormientem adhuc offenderis, excites. Si dolor resederit ac defæuierit, quod bene spero, surgam, & mutos magistros reuisam. Sin secus, quod absit, saltem per te significabo præceptori, si quibus forte mihi sit opus, ne si morbus ingrauescat, postea doleam non adhibitam tempori medicinam. Bart. Rectè putas: faciam equidem ac lubens, quod iubes: tu modò in vtramque aurem dormito, somnumque carpito sine somniis. Vale. C. Vale quoque.

Iidem

Ten is noch scoon dach Lact in de nacht.

so brocht

waer af wet v hooft wee/seere

van een aenstaende siecte.

God segt v daer voore/ God behoede v. dat gy wel en gemacheliic slapẽ moecht.

Tis tswert van swat vergaen.

slaept sonder sorge.

¶ Iidem colloquuntur. B.

MIror quota nam sit hora. Coniicio non longa intercapedine quartam abesse. Nam solebam euigilare ad medium quartæ, statimq; surgens me precibus aliquot committere in tutelam Dei, & commendare in fidem clientelamq; deiparæ virginis, omniumque cœlestium animorum: ac deinde ad intermissa studia redire, vixq; admotis libro manibus, commodum solebat audiri quarta hora antelucana. Atque id tota hebdomade vix semel me fallebat. Cùm igitur more meo nunc quoque hæc munera obierim, mirum ni quarta instet. Non prius expergefaciam meum Corneliũ, quàm audierim quota sit hora. Si erratũ est à me, & temporius æquo surrectum, satius est vt vnus ego errarim, quàm vt illi quoque sim author similis errati: licet multi sint, quibus si in malum aliquod aut errorem sit ventum, gaudio soleat esse, habere alios sui mali socios & participes, quod dæmoniacum est, non humanũ. Si scirem Cornelium esse meliusculum, iam nunc ad repetendum studium ei bellicũ canerem, vel nondum audita hora. Euge commodum sonat hora, quartam reddidit horologium. Nihil cõiectura mea falsus sum. Ibo Cornelium exciturus, quemadmodum heri me facturum recepi. Heus Corneli expergiscere. C. Iamdudum euigilo, & surgere meditor. B. Euigilaras antequam venirem huc?

Ic pleghe tot minen slaep te scieté, mi seluẽ God eñ de moedẽ gods Maria te beuelẽ, eñ alle heyligghe santen en santinnen.

wat te vroech.

bzie hẽ me dedẽ dwalẽ die eẽ ande mede in de pekel brengen.

ic sou hem tot dẽ neste iagen.

wel te pas

ick heb nz qualijc ge raden.

C. Etiam. Audiui signum quartæ horæ, quo classico videbar mihi ad colendas Musas vocari. B. Quî vales nunc iam? Edormisti hesternum capitis dolorē? C. Bene valeo, gratia superis. Doloris hesterni æstus deferbuit. B. Quî valuisti nocte? C. Sic satis. B. Dormisti commodè? C. Istud tibi referam ordine. Nouem iam horas continentes præter solitum morem, vt mederer capitis doloris, hunc nidum pressi. B. Vix septem horas noctu soles dormire, neque diutius ferebas igniculum desiderati studij. C. Sic est. Sed audi quomodo hanc noctem exegerim. Primas duas horas duxi insomnes. B. Malum auspicium. C. Deinde quatuor horas consequētes partim profundum partim suspensum dormiui somnum. B. Bonum signum valetudinis futurę melioris. C. Postea rursus vnam circiter horā duxi insomnem. B. Quàm timeo quorsum abeas. C. Vltimis duabus horis somniaui me coiisse societatē cum duobus mei gregis adolescētibus, quibuscum nescio quò peregrè proficiscerer, & ab illis me miris fraudibus penè delusum. Reliqua exciderunt. Credo mihi venisse in mentē epistolę cuiusdam, quam pater meus anno superiori scripserat mihi, de tribus peregre profectis, sibique mutuā fidem pollicitis, sed postmodum, ingruentibus periculis, iniqua præuaricatione datam fidem prætergressis. Barth. Istam epistolam mihi velim

hebdy die hootzweringhe wt geslapen?

ghi mocht v nz lāger van tstuderen houdē.

eens deels wel vast, eens deels een hasen slaep.

waer salt op wtcomē peyse ic.

maetschap mākeu.

des

eens latē lesen. des semel legendam. C. Vbi surrexerim, dabo. Sed pergam absoluere, quod restat. Postremò omnium, credo ad medium quartæ, somniaui denuo, me in lecto decumbere affectum extrema valetudine, & animá agere, ac paulò pòst reddere spiritum, mortemq; obire. B. Dij meliora ferāt, nec sint insomnia vera. C. Sed audi, nondum habes totum. B. Perge, audio. C. Cumq; iam exhalassem animam, videbar mihi stare viuus etiá num ipse ante lectum funestū, & mihi met iam mortuo claudere oculos, miserrimeq; meá ipsius vita defuncti dolore vicem, ac effusissimè lachrymari. B. Ridiculum atque absurdū narras. Qui ipsius & stares viuus pro lecto, & iaceres mortuus? C. Eho, nescis somnium esse? B. Verum est. C. Sed desinam nugari, & surgam. B. Interim dum tu vestibus te induis tuis, ego pexum capillos, lotumque & manus & faciem ibo, postea rediturus, & istam patris tui lecturus epistolam, modò legendam concesseris, vt recepisti. C. Dabo lubēs, modò inuenero. Stabo pollicitis, nec promissorum palinodiam cantabo. Interea temporis vale. B. Vale quoq;, nó interim modo, sed æternum. C. Tantundem & tibi precor.

dat ick ter doot toe siec was.

God segē ons.

tis noch daer nz al.

dat ick seer qualic daer in te vrede was...

tis lachēs weert.

Hond stat ost wal.

ic sal mijn woort hou den.

¶ Iidem colloquuntur. B.

Hem adsum. Inuenisti patris epistolam? C. Inueni. B. Da legendam. C. Accipe. Sed heus, vt intelligas quorsum iactata sint verba patris: ego prior ad patrē scripseram,

laetse my lesen.

aliquantum pecuniæ me cuidam amico longè integerrimo, vt videbatur, dedisse mutuò, atque diebus aliquot pòst, cùm venirem exactum & repetitum, redhibendi mutui spe fraudatum esse, nihil se accepisse constanter deierante creditore, & iam inimicante, qui prius amicum summum egisse credebatur: atque de ea re ad parentem referebam, vt significaret quid faciendum suaderet. Respōdit mihi pater binis literis, quarũ alteris docuit quid faciendum foret, alteras iam tibi concedo legendas. B. Sunt'ne tibi adhuc & tuarum ad parentem, & eius ad te alterarum literarum exemplaria? C. Non sunt. Interciderunt. B. Si perierunt, nolim me societati illorum interesse. C. Istud credo. Præterea non miraberis, quòd eandē sententiam aliis atque aliis verbis sæpe repetitam & inculcatam offendes: neq; eam tautologiam patris mei inscitiæ tribues. Id pater cōsulto, & dedita opera fecit mea gratia, qui cùm sim literario studio deditus adhuc, duplex inde commodum habeam, & cautionis posthac adhibendæ, & literariæ eruditionis promouēdæ. Multa enim congerens eiusdē farinæ vel vocabula, vel prouerbia, dedit mihi queritandi ansam & discendi. Nunc iam si voles legito. B. Vis aperta & expressa voce legã, vt & ipse inaudias: an mauis voce submissa mihi soli seruiam, instar Aspeudij citharistę? C. Imò clarè legito, vt & ipse exaudiam. Quanq̃ legi

Doe ick quam maenen.

te gaft mijn vaē te kēnē.

te wesen by dat icker by waer.

alswillens.

ouer luyt lesen.

binnēsmōts goelick.

H non

non semel, iterũ tamen audisse iuuabit, atq; operæprecium erit. Nam si quid lapsum fuit animo, reuocabitur in memoriam, & penitius insidebit aĩo, & promptius mihi quoq; aliâs scriptitanti quippiam, in vsum veniet. B. Quid si legas ipse? promptior es & tritior ad patris manum. C. Non sunt dissolutæ scopæ, vt scias, ô bone, quas in syllabarum & dictionum fasces componere nequeas. Non est scriptura tumultuaria, non distorta, non male cohærens, nec vacillantibus, inæqualibus & intricatis deformata literulis, ad quã explicandã sit opus Delio natatore, aut Oedipo coniectore. Pater meus scitissimè pingit. Manus eius est lectu facilima. B. Profectò litera est concinna, æquabilis, læta facie arridens, non deformis, non mutila, non hiulca, non intricata, non tortuosa, non scabrosa, non perturbata, nullisque salebris impedita. Legere nesciat oportet, qui hic vsquam hæreat. Animum igitur aduerte. C. Iamdudum istic sum. B. Miror fili charissime, cur tam facilem habeas quibusuis homínibus fidem, cur tam temere porrigas quibuslibet hõminibus dexteram: cùm nusquã sit, vt cecinit poëta, tuta fides: cùm vafris, versutis, versipellibus, veteratoribus, sycophantis, planis, impostoribus atque fraudulentis hominibus scateat totus mũdus: cùm vix vsquam inuenias dignos, quibuscum in tenebris mices: cum nusquam non sit inue nire

Tsal niet te vergheefs sijn. Oft ick tet vergeten hadde.

ten is geẽ fluyt ŏkẽs tot sonder vuere.

tSijn geen hancpootẽ

Sijn schrift is licht om lesen. net scrifts ken.

dat ghy lichtelic elckẽ ge looft.

tis/sich voer dich trou is weinich.

diemẽ bijj betrouwen mocht.

nire plurimos lubrica atq; ancipiti fide,qui ex eodem ore calidum,quod dicitur, & frigidum efflent: qui altera manu lapidem ferant,panem ostentent altera:quibus neque ara neque fides, quique tam sint Punica fide, vt etiam si aram tenentes Iouem lapidem,quod dicitur,iurent,non magis sim crediturus, quàm si Lampó iuret per anserem. Scis quid ipse sim expertus, quum anno superiori creditam sibi pecuniam, ipse meus frater germanus, quem vnicum habes patruum, abnegaret mihi abiuraretque. Vt igitur posthac,& tute,si non Promethea,at Epimethea discas agere, vtque quãuis serò, Phryx tamẽ aut piscator ictus sapias, tuisq; rebus & tibi melius consulas,ecce dabo breuem, nescio historiam an fabulam,à quodã fide satis digno nuper mihi relatam,quæ te admoneat, quomodo tibi semper prospicias, neque cuiuis quantumuis amicissimo facilè fidas, nisi fortè qui cum, vt ait Cicero, modium salis absumpseris. Dicebat ille tres se nouisse, tam arcto inter se necessitudinis vinculo coniunctos, tanto amoris inter se mutui ardore flagrantes, quanto vel flagrantissimo, vel arctissimo quisquã posset cum quoquam,quibus conuenit inter se,vt totum Christianum orbem, quo ad fieri posset,peragrarent perlustrarentque.Cùm igitur se itineri accingerent, data acceptaque fide,mutuam societatem fidelitatis coitam

Diet hiet seggen en daer mis saken.

Sweerẽ dat sij sweert worden.

versakẽ en ontsweerẽ.

dat ghy v beter swacht.

so bysonderẽ vriende

broederscap loven. sacramẽto tam sancto confirmarunt, vt quiuis facile crederet, vt quicquid siue lætum, siue triste, vni ipsorum accideret, id & aliis ex æquo eueniret (excepto si quid cuiquã humanitus ex fatis accideret) neq; alius alium in vllo discrimine desereret, aut sub cultro, quod dicitur, relinqueret: sed vbiq; mutuas operas traderent, & mutuis sese adminiculis subleuarent, si quando res ad Triarios rediret. Sed vide, mecumq́; perpende, quis sit fortunę Euripus, quę humanę promissionis inconstantia, quæ fidei mutabilitas. Quisque sibi proximus: quisq; sibi canit intus: quisq; semet curat, negligit alios, vbi spes affulserit cõmodi. Accidit vt in vastam quandam solitudinem ingressis, atque aliquot dies longè progressis, tandem sese nullus exeundi aperiret finis, quo sese ad hominum cõmercia referrent, & commeatus sibi copiam pararẽt. Ad incitas igitur redacti, & diutina penè inedia exhausti, cùm extrema iam fame periclitarentur, quippe quibus non nisi pauxillulum in mantica superesset panis, quantulum vix vnius latranti stomacho faceret satis, anxio corde & cõsternato animo multa inter sese vltro citroq́; verba habent, variaq́; consilia captant. Tandẽ eorum duo, fidei datę acceptæq́; immemores, capita clam conferunt, & inter se deliberant, quo pacto tertiũ communi commodo, non vi, ne viderentur fœdifragi, sed dolo excluderẽt. Neq; tamen ter-

malcandẽ nʒ af te gaen/ ende last/ ende pekel laten.

als't crap staen sou.

ontrouwe

tis al eygenbaet.

als sij van honger sceenen te vergaen.

sij worpen hier si worpent daer.

tertium latuit eorũ clandestina fraus. Consutis itaque dolis, compositaq; fraude, alter duorum, quasi in commune consulens, ait sibi consultissimum videri, vt, quando non suppeditaret victus, quantum sit satis omnibus, qui proxima nocte altissimum somniaret somnium, eius esset totus, quantulũ habebant reliquum, futurus panis. Coniurarãt autem inter sese, vt tertio excluso, vtricunq; dextro Hercule prędæ obueniret, is alterum sui consilij sociũ participaret dimidia parte. Quid multis? accipitur conditio. dormitur. somniatur. Cum aũt tertius ille intempesta nocte altum simularet somnum, at vigilanti sterteret naso, alij duo inter sese componũt quidnam dicturi sint. Nam prius consilium pridie initũ repudiarunt. Aiunt igitur alter quidem se dicturũ, quòd sibi visus fuerit esse nó in Hesperidũ hortis, sed in paradiso ipso, quẽ primi homines olim coluerunt paululũ tẽporis, atq; inibi carpsisse ex arbore viuifica fructũ quouis melle, quouis saccaro dulciorem, ad quem si lotum cõpares, absynthium potius credas q̃ lotum: & ex fonte limpidissimo hausisse potum suauissimum, ad quem Aromathites collatus videatur absynthites, & phalernũ lora aut vappa, ne dicã nautea. Alter verò se acquieuisse in virginis matris gremio. Placet illis cõmentum: ductumq; & conflatum pulchrè arridet mendacium: atq; iam in vtramq; aurẽ, victoriæ securi dormiunt.

met eẽ sub tijlen draę

met alle gelack.

tsmiddernachts.

een hasen slaep.

so soet oft honich had gesweest.

een ôsterde liegen.

unt. His vero ociose & arctè dormientibus, tertius ille, cui se imposituros sperabāt duo, clanculum interim surgit, & totum panem deuorat: atq; manè rogatus quidnam somniarit, respondet se somniasse, qđ duorū inter ipsos iam altero in paradiso, & altero in cœlo versantibus, atque inibi suauissimo cibo vescētibus, ipse solus miser sit derelictus in hac terra. Illisque annuentibus ita se rem habere, addidit sibi quoque visum, nullo pane amplius illis fore opus, atque propterea suo interim ventriculo se panem residuum dedisse, & demirari præterea, cur libuerit illis ex tam amœno loco, omnisque fœlicitatis plenissimo, in hanc mundi colluuionem, vbi plus sit aloës quàm mellis, redire. Atque ita coruos delusit hiantes, suoq; illos sibi iugulauit gladio. Sic ars deluditur arte. Liquet igitur non quibuslibet quantumuis sanctissimè iuratis, statim habendā fidem. Id quod potuissem recentioribus & apertioribus demonstrasse exemplis atque verioribus: neq; enim hospes ab hospite tutus, non socer à genero: fratrum quoque gratia rara est. sed malui ioculari lenocinio, quàm graui & serio paradigmate in mētem tuam puerilem adhuc irrepere. Tibi itaque caue, ne ab vllis impostoribus circumscribare decipiarisve. Vide ne quis tibi det verba, os sublinat, fucum faciat, obtrudat palpum, tragulam iniiciat, ne quis tibi imponat, ne quis te circun

Een pinte wijns/een kan asijns deen weuerie teghen ander.

men weet niet waer men hē verghē oft keeren sal.

Siet dat v niemāt de vijf woorden geeft. het lauupt voer tgels

conueniat, & in fraudem pertrahat, ne quis tibi imposturam & fraudem struat, ne quis tibi strophis & technis suis illudat. Vale.

C. Vt arridet epistola? B. Summoperè. Est sermo latinissimus suauissima rerū amœnitate conditus, vnde multū haurias eloquentiæ, qua linguam dites & expolias, si modò non oscitanter obserues. Cupio mihi describere, si per te liceat. C. Quid ni liceat? Omnia mea, quæ tibi sint quouis modo vsui, tua ducito. B. Maxima tibi & agitur & habetur à me gratia: & aliquando vicissim referetur, vbi primùm oportunitas reddendi vicem data fuerit. Sed heus. Cùm fieret mentio paradisi, venit mihi in mentem epistolæ cuiusdam lepidissimæ, nunc nuper ab amico quodam charissimo ad me datę, in qua est pulcherrima antanaclasis ex affinitate duarum vocum germanicarum sed significationis diuersitate: quarum altera reddit vulgo paradisum, vt consuetum est pro sacris concionibus fieri, altera Parisios seu Luteciam oppidum in Francico regno celeberrimum. C. Habes in promptu? B. Habeo, ni fallor, in ascopera ad dextrum latus colobio meo subsuta. C. Inuenis? B. Eccam habeo. C. Concede legendam. B. Lubens concedo nō modò perlegendā, sed etiam si voles exscribendā. Hem tibi. Iam tibi trado legēdi lampada. C. Accipio prouinciam. Scriptura nō est minus concinna & scita, q̄ patris mei:

Margin notes: diese leest met aendacht. — in mijnen rechten diessac. — ic geeft v ouer te lesen.

vt dubitem vtram vtri præferam. Animaduerte. legam. B. Aduerto, nec aliud ago. C. Quando miserè petisti, & maximo rogasti opere, vt subinde non grauarer ad te scribere, cumque nunc tabellariũ nactus sat commodum, non habeam scribendi argumentũ tam graue, tantive momenti, quod & scriptu & lectu valde dignum sit, quodque tua plurimum intersit scire, ne tamen perpetuo silentio & ipse contabescam, & amici longè integerrimi oblitus esse videar, scribam ad te callidã & ingeniosam, ac plus quàm vulpinam technã quandam, eamq; lepidissimã quidẽ relatu, at nulla imitatione dignã, qua Demonicus Oecander vsus est non multis ante diebus. Hominem iuxta mecum nosti. Credidimus hactenus nihil hoc homine stupidius, cùm nobiscũ ageret discipulũ Guormariæ, quem fuisset promptum ac facile in eum abducere & sistere lapidẽ, in quo præco prædicaret. At quod nuper designauit, eum arguit longè alium, si modo sit homini fides habenda, qui in suis laudibus deprædicãdis solet esse largior & fertilior vani quàm veri, & immodicus sui buccinator. Nouimus eum intus & in cute: quippe qui cùm ab ineunte ætate in ludo sumus eodẽ versati, iisdem dedimus operam præceptoribus, & eidem ferulæ manum subdidimus. Dicam vt ipse mihi de sese retulit. Scis eum annis superioribus ad maiorem ingenij cultum capes-

een lose eẽ lucht

ghy kent hẽ so wel als ick.

een recht swaent poffer en blaser.

wy hebbẽ met hem scolen gegaen.

pes-

pessendum fuisse Luteciam profectum, ad nobile omnium Musarum collegium, Apollinis sedem, & Theologie sacrariũ. Vbi cùm plus minus quatuor egisset annos, nescio quò eruditionis prouectus, loculis tandem exhaustis, stimulante penuria, postliminio ad patriam redire parat. Iamq; exierat Parisios aliquot diebus, & excesserat finibus Gallicis, euaseratque in meditullium Brabantę, ingressusq; vicum quendam rusticanum, cuius mihi nomẽ excidit, nisi quòd videor per nebulam meminisse, fuisse pago nomen Macropedio, cùm non haberet neq; viaticum, neq; argentũ vllum, vnde aut symbolum in diuersorio daret, aut sibi vel vnum panem coëmeret, quo latrantem stomachũ sedaret, pro foribus ædium quarundã, ex itinere lassus, se in prothyrica sedilia reiecit, reclinauitq;, secũ animo multa volutãs. Herus forte fortuna domo aberat, profectus nescio quò, vnum aut alterum bouem obsonatum in sacrum epulum, quod daturus erat nouellus, seu nouitius quidam sacerdos, breui primũ sacrum celebraturus, quem proximo sanguinis gradu contingebat. Hera sedebat secundum fores, nescio quid muliebre actitans, forte aut nens, aut rhetia texens, aut pediculos in capillacea filiolorum sylua venãs, aut vestium diloricatarum aliquid resarciẽs, aut linum pectens, aut huiusmodi quippiam factitans. Quæ vt videt adolescentem vultu non

in thertte vã Brabãt

my dunct dattet mi noch voor staet.

dat hy syn gelach betalẽ mocht

in de stuypen.

om blees tot een eerste misse.

die hẽ seer na bestõt.

cleerẽ wat versien.

non admodum læto, sed cogitabundo, tetrico, caperatoq;, rogabat: Qui genus, vnde domo, quò nam iret, & vnde veniret. Is vt sese respondit venisse Parisiis, dictu mirũ quanto illa exilierit gaudio, (intellexerat enim ex Paradiso eum venisse, quòd in nostrati lingua minus illa duo discrepent vocabula, q̃ in Rhomana) rata sibi datam occasioné rogitandi super priori suo marito; qui non ita multis ante annis mortem obierat, & credebatur cæteris cum Beatis nunc in Paradiso agitare. Nam rude vulgus Paradisum à cœlo vix discernit: neque exactè nouit, quæ facies rerum, quisve status sit eorum, qui hac vita defuncti dicuntur esse in cœlo. Cæterum tam insano amore, priorem illum maritum deperierat, vt necdum neque dormientis, neque vigilantis animo exciderit ille, vtque posterior hic amor nondum obliterarit priorem. Rogatus itaque noster hic Laonicus (nam id nominis idem est Demonico) an norit maritum illum, & qui nam valeat. Probè, inqt, noui iuxta atq; meipsum. Nam ille me, & ego vicissim illo vtor familiarissimè. Et valet quàm optime, nisi quòd vestes penè habeat detritas & laceras, vt vix in publicum prodire ausit, & crumenam gerat vsque adeò emunctam atque exenteratam, aranearumque magis quàm pecuniarum iam plenam, vt cum sodalibus & congerronibus subinde combibonem agere nõ queat

een bang/ suer aensicht.

Si had hem so soeter man ter lief. Si swasser so op vergeet. so de oude liefde noch duerde.

so wel als my seluen. Sy ist mit goe vrient.

een lege & seim welde borse.

altemet om es kanne ki gaë. te biet

queat. Ecce sunt mihi in numerato centum aurei, ait illa, & pannus nō vulgaris honestissimæ vesti faciendæ quàm aptissimus. Hæc si ausim te rogare, velim, modò sis ad eum rediturus, illuc ad eum deferas, rem profectò & ei & mihi facturus gratissimam, & mercedem à superis vberrimam relaturus. Tum ille: faciam equidem, inquit, ac lubens. Imò impone quiduis aliud oneris, nisi nomine eius id lubens deportandum suscepero, ad paradisum non redeam vnquam. Quid multa? Accepit sarcinam, & crumenam ære distentam fronte exporrecta, atque ita suffarcinatus abiit. Maritus vbi post vnam atque alteram horam redisset domum, atque hæc vt acta sunt ab vxore didicisset, penè in furorem versus, non dicendis vxorem stultam excepit modis, & pernicibus alis, quâ ille se proripuerat, ipse persecutus est eques. Cùm itaque adolescens procul videret insequentem equitem, ratus, quod res erat, esse, qui se persequeretur, abiecta protinus sarcina in segetem adolescentiorem, exutis vestibus præter subuculam & femoralia, expapillatisque brachiis corripiebat bipalium, aut sarculum, & pergebat ducere fossam. Nam agricola pransum abierat domum, instrumentis fodiendi in agro relictis. Rogat eques festinabundus & furibundus, cùm eò loci venisset, num quem vidisset panno oneratum præterisse illac. Aufugisse respondet

quen

eerlijck tot habijt stellē

seer lief wē eñ veel gods loons hebbē gaern/tuwenbeste.

swel dick van gelt.

dat se nauwelijc toe mocht.

doe hijt ūvernomen had/ ginc hi haer te wege bekijnen.

int diepe koren.

quendam in vicinam ſyluam, hominem ſibi valde ſuſpectum, quem ſi perſequi vellet & aſſequi, religandũ ſepibus equum. Nam equitibus nõ eſſe peruium nemus, vtpote nimis denſum. Paret ille conſilio, & ſe in pedes cõiicit quàm potuit ocyſſimè. Interim noſter Nicodemus, vt nomẽ eius ita inuertam, admiſſo equo cum ſarcina fugam dedit, quãta potuit celeritate maxima: atque tandem vbi multum ſpacij emenſus eſſet, putaretq́; iam omne periculũ ſe euaſiſſe, relicto in paſcuis equo, abiit pedes quò voluit. Habes quibus ſtrophis noſter Laonicus ſciat ineſcare homines. Sed huiuſmodi ludos neque probem neq; imiter. Hæc habui quæ tibi ſcriberem, & quibus teſtarer nondum me tui oblitum. Quorũ tamen fides ſit penes authorẽ ipſum. Tu quoq; aliâs par pari reddito, & fabulam fabula compẽſato, ſi nihil aliud ſit grauis & ſerij argumenti quod ſcribas. Vale. B. Quî ſapit iſtud palato tuo? C. Dulciſſimè: qua facetiarum, qua verborum ſuauitate, ſapidius multo futurum, ſi per ocium reguſtare liceat ſemel atque iterum. B. Iſtud facies horis ſucciſiuis, aut tempore ſtudiis ordinariis ſoluto, datoq́; vel luſibus vel priuatis & extraordinariis lectionibus. Nunc longiori temporis ſpacio excluſis veniendum eſt nobis ad ediſcenda dictata, primis iamiam & matutinis ſcholis præceptori reddenda. C. Affatim adhuc ſupereſt temporis. Nondũ quinquin

aen de heyning bindẽ.

al dat hi lopen mocht.

hy tſter met de ſwech geloopen. dat hy opt ruym ſwas.

ſgelt cluchte met cluchte

hoe mont v dat?

mocht ict ſwat ſweer kauſwen. altemet als ghy nȝ veel te doẽ hebt.

tis noch tijts genoch

tæ horæ datum est signum. B. Quid, si fortè vnam aut dimidiatam horam peccet horologium, & non suo tempore det signum, neque soli vero temporis indici respondeat? C. Quid, si cœlum ruat? nempe non maneret integer vel vllus palus. B. Quid? nunquā audistin errare horologium? & serius æquò cecinisse signum? & postmodum, vbi rescisset moderator, & errorem correxisset, horā vel integram vel dimidiatā curriculo transiliisse intactam, & reddidisse aliam, quā nondum speraueris? C. Istud non fieri nunc, vel ipse sol nobis argumento est. Solet semper hoc anni tempore sol ad quintam antemeridianā hæc specularia intrare, & suum fundere lumen in illū aduersum parietē: quod nondum videmus factum. Id vel centies mihi obseruatum est. B. Per hyperbolen. C. Imò potius per Meiosin aut Tapinosin. B. Quid vis igitur faciamus? C. Dicerem, si tuo scirem animo sessurum, teque meis accessurum votis. B. Quid vnquam à me tuis denegatum est votis? Quibus vnquam per me exclusus es commodis? C. Habes istic vnam adhuc aut alteram epistolam, istas velim mihi quoque des cito percurrendas, & postea describendas, modò non contineant quicquam secreti. B. Accipe, lubens faxo. Amicorum communia omnia. Verùm vt scias non sunt ad me datæ. Sunt patris nescio cuius ad suum filium. Qui dedit mihi describen-

te clock slaet wel eē half uere te vroech oft te laet.

niet eē verckēs tot son daer bliuē staen.

die Son seydet.

Wilt ic dat het v gelieuen soude.

wat heb ic v oyt ghe= weygert.

door rabbelen.

vrienden eten geen scheyen broot.

bendas, noluit nomina prodere. C. Vacat animum legẽti mihi aduertere? B. Vacat. expedi. C. Attende igitur animũ. B. Sum istic, non alibi. C. Sic habet epistola patris ad filium prior. Literas tuas fili dulcissime quinto Nonas Martias recepi, gauisus audita valetudine tua. In quibus quereris, te non tam perspicaci esse ingenio, quàm quosdam alios, tibi non esse ingeniũ tam capax, tam perspicax, tam dexterum, quàm quibusdam aliis: tuum ingenium non esse tam acutum & tam viuax, q̃ quorundam aliorum. Et quòd summam dans operam literis, totosq; dies libris assidens, vix promoueas quantum alij vel minima hora. Atque ista de re ad patrem tuum refers, meq; consulis, vt tibi scribam, qua ratione ingeniũ tuum pistillo retusius, reddi possit aliquantò acutius, argutiusque. Atqui si consilium tibi prudens sanũ, & præsens dem, neque id tamẽ tuo sapiat palato, dicturus es forsan: Facilè cùm valemus recta consilia ægrotis damus. Tu si hîc sis, pater, aliter sentias. Nihilo tamen minus dabo duplex consilium, idque mea sententia & optimum & præsentissimum. Prius, vt ingenium tuum natura sua retusum, assiduitate studij acuas, eiusq; duriciem sedulitate studendi emollias atque peruincas. Nihil enim tam graue, nihil tam arduum, nihilque tam reconditum atque abstrusum, quod non diligentia & improbo labore asse

qui

dat doe ic, nz anders.

dat ghy so cloeck van verstant niet en sijt als sommige andere.

ghi vraecht v vaď raet dat ghi swat beter ṽstãt mocht crijghen.

vuerde v vz mi gebuert ghy soude wel anďs seggen.

goedẽ raet.

nz so swaer men macht met cloeckẽ aerbeyt ver winnen.

qui queas. Et quicquid nocturna diurnaq; manu versamus, quicquid assiduo vsu exercemus & terimus, atque in numerato esse facimus, id tandem nobis fit familiare, facilè, obuium & expositum. Graue erat & difficilè nobis quondam pueris, priusquam certis & firmis insistere pedibus assuefacti eramus, aliquò promouere pedes, & in gremiũ matris prorepere, aliquantulum nos remotos ad se pellicientis. At nunc ambulandi nobis atque currendi bene consuetis nulla videtur inesse difficultas. Si infantes perinde sapiant, intelligant, loquantur, contra naturæ curriculum, & contra id quod audiunt, atq; veri adulti, cætera autẽ sint infirmi vt assolent infantes, nonne & illi querantur pedum infirmitatẽ, & ambulandi inopiam, timeantq; incedendi copiam nõ fore sibi paratu facilem? Vt igitur in illorũ pedibus, ita quoq; in tuo ingenio exercitatio poterit omnia. Alterum consilium est, quod prius tamen dictum oportuisset, si rectum ordinem fuissem secutus, vt teipsum serues & animo & corpore incolumem, purum, castum, & ab omni flagitio alienũ, atq; bene beateq; viuẽs tum demum à Deo opt. max. ex quo vno bona cuncta fluunt, & flumina cuncta, Et cuncti manant fontesq; lacusq; profundi, postules & ingenium & sapientiã. Hæc si feceris, crede mihi iam olim experto, nunquam te pœnitebit facti, sentiesque indies magis ac ma-

Wat swi veel doen, dat valt so licht.

eer swi te dege gaen conden.

nd swijt ge woon zijn.

dat zijt ns doen soudt kunnen.

Dz ghi maect dat ghi cloec eñ een goet knecht zijt.

daert al af compt.

magis istùd durissimũ ingenij tui robur tandem vel cera mollius factũ iri. Dicam quod ipse expertus sum quondam puer: Erat mihi quoque, cùm istud ætatis essem, aut non multo secus cuius tu modo es, ingenium rude, hebes, obtusum nõ minus atq; tibi nũc: quod meis studendi laboribus nullo modo respondere voluit. Dolebam mihi non datum par aliis ingenium. Flebam subinde, parum obtemperante meis conatibus intellectu. Dabam quotidie bis terve pœnas: nec in manu mea erat, feliciori studiorum successu plagas euadere. Præceptorum alter nomine Matthias Quippoldius, homo plagosior ipso Orbilio, erat mihi infestissimus, præter æquum & bonũ: qui me, nisi mater mea Sophia prudenter obstitisset, & me in studendi officio sedula cõtinuisset, à Musis sine dubio abegisset. Non laudo tantam exactoris sæuiciam, quæ citius frangat quàm flectat. Magistrorum primicerius, quem Gymnasiarcham, aut ludi literarij rectorem appellamus, nomine Guilielmus Guassenburgius (cuius mihi nomẽ & memoria, dum viuam, nunquam excidet) optimum agebat animi mei moderatorẽ & studiorum promotorẽ, subinde cõniuens ad puerilia vicia, subinde iustis ea pœnis sed clemẽter persequẽs, subinde erroribus blandiens, subinde territans, subinde ad gnauius agendũ cohortans, subinde animum flagris abiectum & obrutum,

dat v verstant beter sal. | doen ick so out was als ghy. | wat ic studeerde ten halp niet. | ic en mochtet niet beteren. | een recht vinningen buel. | so grooten strengichz. | een goet heerlijck schoelmeester. | altemet voor de vingher siende. | altemet toe bitende.

su

suaui dulcedine leniens, placans, & in spem erigens, subinde laudibus prouehens & promittens magnifica per eruditionem meam aliquando futura: subinde minis elatum animum increpationib' protelans deiiciensq;. optimus nimirum formandæ iuuentutis artifex: Quem superi donent, precor, æterna mercede, factis ipsius digna. Sed audi, nondum habes, quomodo inuita hæc Minerua, sit mihi facta obsequentior, obtemperatior, magisque propicia. Mater mea Sophia Syluana, mihi sæpe cantabat implorãdum Dei auxilium, & à Deipara Virgine, ac D. Catharina, quæ secundũ Deum præses artium credebatur, exorandum impetrandumq; suffragium, vtpote quibus interpretibus, conciliatricibus, ac suffragatricibus, bene sperabat, à Deo breui meliora datum iri. Obsequebar quidem matris consilio, cui multum tribuebam, sed oscitanter adhuc & frigide: donec postea in Diuæ Catharinæ feriis audissem ꝑ concione diuina, id ipsum quoque, quod antea mater mea prędicarat, à quodam magni nominis Ecclesiaste multis & rationibus, & exemplis, & asseuerationibus commendari, doceri, confirmari. Tum demum mox absolutis sacris reieci me & prouolui ad aram Diuæ Virginis artium præsidis, flendo obsecrans, obtestans per omnia sacra, quæ tunc noram puerulus, mihi diuinitus, Sanctæ Catharinæ, ac Deiparæ virginis, quam prius no-

moet gheuende. straffende. die de kinds wel leert. ick wensch hẽ duysent gods loonẽ dat ic God en Maria sijn moeste aenroepen sou/eñ sint Catharijn. die ons hel pẽ na God daer ic veel af hielt. als de mis vut was.

dat sy god voor mi bid den souldē. minatam oportuerat, precibus internunciis ac suffragantibus, dari ingeniũ mollius, docilius, acrius, dexteriusque. Neque mox languidus cessaui, sed perstiti diu multumque orans per totum ferè illum diem, ita vt parentes illius rei nescij, meęque salutis anxij, voer mi te ducht sijnde. cùm neq; pransum, neq; sumptum merendam venirem, vbiq; me anquirerent: ac tandem, nescio quibus demonstrantibus, in ęde in de kerck sacra inuenirēt. Paucis post diebus, cùm ego perseuerarē, & importunitate mea diuinas, penè dixeram, aures obtunderē, sensi meum dat ic heel goet vātāt creech. ingenium indies felicius, capacius, solertius, ad omnia promptius & præstãtius euadere, daer ic me scolē ginc. de opperste was. vt inter eos, quibuscũ eiusdem Musæ æmulus eram, non amplius postremas, vt antea, sed semper primas ferrem. Quare tu quoq; volcht my na. his meis fac vestigiis insistas. Nihil enim finxi aut simulaui, sed quod res est, quodque tis so gebuert. actum est, seriò dixi. Sine dubio & tibi, si modò salutiferũ norit fore Deus, ingenium mo schoonder verstant. bilius, fortunatius, ditius, eminentius, illu doet so ick gescit heb. striusq; factum ibitur. Vale. & monitis nostris obtempera. B. Quî sedet animo tuo, quæ modò tibi lecta est epistola? C. Mirum dat ons de tijt niet en begeef. in modum. Sed ne tempore excludamur, & serius ad ediscenda dictata veniamus, cùm tua sentētia nunc sit quinta, sole per transennam spectante, & quem dixeras parietem lustrante, pergã legere, quæ vna reliqua est epistola. B. Fateor: nunc est qninta, aut nõ mul-

to

to secus. Hem: commodum & loquitur horarius lebes. Sed lege sodes. C. Animum attende. Ausculta. B. Memorē mones, & sponte currenti calcar admoues. C. Sic habet altera epistola patris ad filium. Multarum literarum fili charissime, quas abs te ad me profectas missasq; scribis, non nisi vnas quinto Idus Maias accepi. Ex quibus vnis facile odoror, quid cæteræ sibi voluerint omnes. Siquidem vix huius epistolę primum vestibulum ingressus, vix primis carcerib⁹ egressus, vixq; primo versu perlecto, statim olfaciebam & præsagiebam, quidnam reliquum esset, quid restaret, quemadmodum solemus ex vnguibus æstimare leonem. Eiusdem quoq; argumenti fuisse priores, nihil addubito. Porrò nihil nisi inopiam & penuriā crepas, quàm vestium, quàm pecuniarū. Verùm non perinde vel habes rationem, vel facis mentionē librorum, quibus tibi sit vsus in re literaria promouenda. Cæterum sat tibi esse videtur, id quod liquet ex scriptis tuis, vt & splēdidis ac magnificis conspicuus sis vestibus, & loculos habeas ære distentos. Ecquid putas? quòd mihi Pactolus aureis scatens arenis domi fluat? aut quòd cornu Copię sit mihi, vnde quantum quantū promas pecuniarum, nunquā exhaurias? Creso'ne Crasso've ditiorem me existimas? Tam dextrum mihi Herculem, tam prosperum Mercurium, aut tam propicium esse Plutum arbitraris,

daer staet tuss de cloe de swillegē laecbde ins sweepen.

Ic had naū beerste oft de tweede regel gelesen.

ic roec wel watter volgen sou.

Sij houden niet vā vā gebreck.

om studerē

meyndy dz tghelt met mi aen twā mē waſt?

meyndy dz ic eē paerde kē schijt gelt thuis heb?

dat ic tgoet by de vloet scheppe? eñ commer goet mocht v nz helpē.

vt omnia mihi affatim vel citra sementem, pilorum capitis instar proueniant atque affluant? Ne Tagus quidem ipse, aut Ganges tuæ libidini faciat satis. Non est sententia neq; consilium, vt posthac tam laxis tecum agam habenis, quàm hactenus. Nimis tibi hactenus indultum est, nimisq; tuæ voluntati obsecundatum: nimis tuæ libidini inseruitum atq; obtemperatum. Laxioribus posthac & non ita tumidis velis, nec tam secundis ferare ventis, quàm hactenus, curabo. Remissiori in te liberalitate, benignitateq; reductiori posthac vtar, quippe cui frenis intentioribus, & acrioribus in animum induco meum, opus fore calcaribus. Verũ si sensero oleum & operam non perditum iri, sed omnem te posthac dare studiis operam, noctes & dies te literis inuigilare, incumbere, atq; insudare, omnibus ingenij viribus te ad eruditionem accelerare, & ad cyclopædiam omnibus suis numeris (quo ad eius id fieri potest) absoluendam aspirare: non vulgaribus te adminiculis iuuabo, non ero tibi vulgaris, non proletarius, nõ ficulnus pater, sed singulari te prosequar & amore & beneficio. Vale, & ad summa semper aspira, vt saltem mediis & mediocribus potiare. B. Quî postrema hæc te afficit epistola? C. Vt verum fatear, nõ itidem vt superior. Solam ferè linguam hæc, illa & mentem & linguam locupletabat. B. Æquam & rectam fers sententiam.

ick heb v te veel swils gegeuen/te veel witte broots broecken.

ic sal v swat beter doen den boghel tagen.

voel ic dat ic geen ver lorē cost an v legge.

dat ghi nerstich sijt int leeren.

ick sal een man van v maken.

hoe staet v dyen brief aen.

tiam. Sed nūc manus nostras de tabula hac, quod dicitur, & ad ordinaria nos referamus studia, ne hora hæc præcipitet, & reddendæ lectionis nos tempus anteuertat. C. Recte mones: faciamus ita. Cæterum ego mihi ser uo has epistolas, descripturus vel hodie tem pore pomeridiano, si facta fuerit ludendi po testas, vel cras, ac deinde statim bona tibi fide redditurus. B. Placet: serua: ac vale. C. Vale quoque.

achter noen

¶ Æmilius Aquerslotenas, & Cornelius Arnoldi Ripanus, colloquuntur. Æ.

QVid illic turbæ est? quæ rerum confusio in ludo? Quid ludus noster literarius tam est tumultuosus? Cur tantus fit strepitus in ludo? quid ita perstrepūt in gymnasio? Quid ita tumultuantur? quid ita cursitant rursum prorsum, nec eodem manent loco? quid ita strepitant in ludo literario? Quid ita strepit omnis ludus murmure cæco? Quid vasto murmure perstrepit schola? Iactantur voces densæ & confusæ, clamores obscuri voluuntur, contentiones agitantur, fabulæ passim & vbiq; seruntur, miror, quid ita? Cur schola personat ita tumultuantiū confusis clamoribus tota? Quæ noua rerum facies? Non solent ita discurrere atque nunc. C. Nescis? præceptor abest. Æ. Vter præceptorum? gymnasiarcha, an hypodidascalus? primarius præceptorū, an se-

Swats daer te doen, hoe ist tsschoel so lupt?

men rablet ter te degē.

sij plegē so nz te loopē ouer tscoel. de rector, oft onder meester.

cundarius? primicerius magistrorum an secundicerius? primitius professor, an subcenturio? C. Non est nunc nisi vnus magister. Heri abiit alter, neque in illius locum quisquam suffectus est adhuc, quòd sciam. Æ. Non sunt hoc seculo inuentu & paratu faciles boni præceptores. Sed quò profectus est ludi magister? C. Edamũ ad Menardum Enchusanum Curię Edamensis gubernatorem primarium. Æ. Ad curionẽ maximum inquis? C. Inquam. Æ. Quid acturus illic? C. Equidem nescio, nisi quòd pares cum paribus facilime congregantur. Æ. Quem reliquit sui officij succidaneum? quem sui muneris legatum? quem vicarium? Quis fiduciariam eius operam obtinet? Cui fiduciaria docendi prouincia interim data est? C. Nicolao Iacobęo Roterodamo, adolescenti pro sua ætate vndecunq; doctissimo. Æ. Doctissimum esse scio, & sufficientissimum ad docendi munus obeundum, cæterum ad puériles motus atq; tumultus compescendos, ad turbam sedandam, ad lites aut iurgia cóponenda, non perinde accommodũ, quòd eum non ita reuereantur, vt ipsum ludi moderatorem primitium. C. Verum est. Miror tamẽ cur eum nó perinde obseruemus atq; ipsum principẽ ludi magistrum, cùm sit eruditione & eloquentia nó vulgari, præstetq; moribus eximiis, omniumq; imitatione dignis. Æ. Id vitio fit quorundam lasciuorum & refracta-

riorum

Margin notes:
ta. gelijc mint gelijck.
wie sal hoer hem lesen?
om de kinderē bestieren/ te beheeren.
moodzone kē/ swulps

riorum, quòd minus eum veneremur q̃ par sit. C. Non facile est tantam sibi comparare authoritatẽ, quantã ipse ludi nostri dictator obtinet. Atq; hinc est cur ita tumultuentur. Æ. At nos abstineamus fabulis & tumultibus, ne malis & proteruis fenestram aperiamus peccandi liberius. C. Rectè mones. Eamus ad suos quisque mutos magistros, quibuscum familiaritatem habeamus. Vale. Æ. Vale quoque. Valebimus autem si gnauiter studeamus. Cor. Procul dubio. Nam istius ergò venimus huc.

so veel ges hooz te hebb ẽ als den meester.

dz swij geẽ oozsaec en geuen/ ec. eic tot sijn boecken.

daer õ sijn wi hier, ec.

¶ Sibrandus Stammius Amstelredamus, & Petrus Ioannæus Assendelphanus. S.

PApæ, quanta pediculorũ myrmecia! Vix credo Pharsalicis in cãpis Cæsare & Pompeio manus inter se conserentibus, tantã adfuisse armatorum vtrinq; manũ, quãtus hic est pediculorum exercitus. Quot frondes, & quot verno sunt tempore flores, vtq; globatarũ muscarũ examina multa, Gargara quot segetes, quot habet methymna racemos: tot affluit hic homo pedibus, tot scatet pediculis. Vide vide, quantus in hoc capite globus, quanta pediculorũ nubes voluitur, quantus orbis, quanta caterua, quãtus grex, quantum agmẽ agitat sese? Multarũ scilicet & magnarũ rerũ potiaris oportet, q tot stipatus semp incedas militibus. Facesse à me. Equidẽ nolo tibi vel dexter vel sinister assidere, ne mihi qppiam tui morbi affrices. Laboras phthiriasi,

wat al luys sen/ men soud eenẽ slach me slaen.

so veel dzo pelẽ als in de see sijn.

siet wat eẽ gekriel/ wat een menich/ gy moet eẽ groot hãs sijn dz gi so veel knecht ten doet.

ic en woll bi v niet sittẽ dat ick van uwe ruyters niet me crijge.

qui morbus admodum est contagiosus, si quis propius accedat. Nolo tibi sedere proximus, ne tuo satellitum numero augear & ipse: ne tui pedes in me contagia agant: ne pediculorum serpant in me contagia: ne tua peste affler etiam ipse. Heus Sibrande, caue tibi. Tunc tua res agitur, paries cùm proximus ardet. P. Quid fles? quid lachrymaris Tetarde? fuit tibi quisquam infestus? Quid infestas puerulũ Sibráde tibi imparẽ? Quære tibi parem, qui cum congrediare, si manus conserere voles, quod velle magis credo quàm studere. Turpe est molestiis incessere tui dissimilem, tibique viribus imparem. S. Ego nullis eum molestiis peto. P. Video, sed petisti. S. Imò nec petiui. Dixi quod res est, eum scatere pediculis: istuccine est inuadere molestiis, quod verum est dicere? P. Vitilitigator es. S. Quid, non licet dicere quod verum est? P. Quid in puerulum inueheris, dico iterũ? Quære tui similem, quem adoriaris, & experire, quomodo succedat. S. Non sum inuectus, dixi rem ipsam. P. Habet forsan pediculos, nã puerulus est, & adhuc impos sui, cæterum non quot tu clamitas. Tu nimia amplificatione rem exaggeras. In alienis, quod scias, traducendis viciis, miosi non auxesi, aut tapinosi non hyperbole cõuenit vti. S. Nulla sum vsus hyperbole, vide & dices ipse. P. Non procul vero est, quod dicis. At non erat puer ita cótumeliose exagitandus.

tgeld v/als v naeste gebuer aen brãt staet.

Heeft v temant quaet gedaen?

een die sÿs gelijck niet en is.

ic en doe hẽ geen quaet.

een recht quelgeest.

wat kijfdi opt kint? soect v mã/ siet hoet v vgaẽ sal?

hi can noch hem selven niz behelpẽ.

ghy verachtet meer dã ghijt verschoont.

dus. Si times contagium, diuersus ab eo sede. Ita nó periclitaberis afflari eius malo. Quid tua refert, sit pediculosus, non sit? Tibi non seritur illic, nec metitur. Tu non es ei patruus. Curent, quorũ interest. Tu tuam rem agito. S. Quid tua refert etiam? Neque tu mihi patruus es. P. Non fero iniuriam fieri innocentibus. S. Nulla facta est ei iniuria. P. Quid igitur flet? S. Flet credo suam sibi matrem nó esse virginem, mox iterum risurus, vbi caput eius demulsero. Noui ingenium eius: pulchrè sensum eius calleo. Eccum, dixin' fore? ridet. P. Facit vt pueruli assolent. Tanto minus te decet, qui grandior natu es, & sapientia præstare debes, puerilem animũ ita incendere, vt in lachrymas prorumpat, semper memor, quod tibi nolis fieri, non faciendum aliis. S. Ohe satis est, obtundis me. Abunde mihi concionis heri auditum est. Quid? postulas te quoque concionantẽ audiam nondum sacris initiatum? non faciã. Fac primum cures te initiandũ sacerdotio, & euadas in subsidiarium cõcionatorem nostri pastoris, tum demum te suspensis auribus audiã, sedulus ab ore tuo pensurus. Tantisper vale. P. Valeres melius, si iustis aliorum monitis obtemperares. S. Ociosus esto, equidem obtempero, quibus oportet. Mihi cura mei fuerit, sit tibi cura tui, ac vale. Quid ille homo sibi vult? Docet scilicet, aliena vicia esse eleuanda non amplificanda, quasi id

ne

Sit dã hẽ so crÿchũ geẽ hinderaf. ghy hebter niet me te doen/daer leyt v niet aẽ/ghi sÿt sÿn voecht niet.

als ic sweẽ een appel geue.

ghy hoort wÿser te sÿn dã hi. doet so dat ghy wilt datmen v dede.

ic heb gisteren prekẽs genoech ghehoort. wort eerst priester/ dat ghi õse pastoor hel pet preken. dã sal ic al gapende na v hooren.

met hem in zijn eygen huys gaē, sien watter te doen is. ō dat hi noteerder is, meent hi al nae zijn eygē duymkē te stellen.

nesciam. Abeat potius & prouisat Ædib⁹ in propriis quæ praua aut recta gerantur. An quia nostrorum morum censorem agit, continuò se putabit imperiū habere in beluas? Sit suis nepotibus non mihi, qui satis mihi sapio, quà sit ingrediendum via, patruus.

¶ Gerbrandus Euerardinus Enchusanus, & Rammularius, atque Aristippus ludimagister.

Aprosdionysa, siue Absurda. G.

ghi zijt my herttelijck willecoem.

EXoptatus est mihi & gratus amice aduentus tuus. Optato redis. R. Omne patrimonium dilapidarunt, & proteruiam fecerunt: decoxerunt creditoribus. Omne patrimonium eis comesum est & deuoratum. G. Vbi tam diu delituisti? Iam inde â tribus diebus in hoc ludo te non vidi. At mihi videor, tribus his te nō vidisse mensibus proximis. R. Benè conuenerat de commutandis mercibus. Negociatoribus inter sese conuenerat pulchrè, Parariis munere suo probè functis. Et liberali compotatione firmatus erat contractus. In venditoris sententiam ierat emptor. Stipulatione legitima venditori se obstrinxerat emptor, ratumq; fecerat cōtráctum data arrha in cōmune conuiuiū admissis quibuslibet insumenda. Commutandarū mercium cōuenta pulchrè inita erant, quin & sympoſiaca largitio, cōuiualis munificentia facta erat. Sumptib⁹ quotquot intererāt

sij hebbent hāmeke op, tis al door de billen gejaecht.

sij haddē de coop al gemaect. de makelaers haddē haer wercx ken sijn beschict.

de godspenning gegeuē sijnde, daer was al af int ghelach gedrōken.

con-

conuiuio cõpotores soluti erãt. Omnes com- sij droncke
bibones esse asymbolos, & ab impensa cõui- al bry ge-
uali immunes fecerat emptor, cõtractus fir- lach/ nie-
mandi gratia. Symposiacę liberalitatis facta mandt gaf
erat copia quibuslibet liberam cõpotationẽ daer eẽ pen
captantibus. Datum erat conuiuiũ, cui lice- ninckꝛken.
bat quibuslibet interesse asymbolis, & im-
pendij cõuiualis immunibus. Emptionis & twas met
stipulatæ pecunię corollariũ in communem het gelach
sumptũ erat datum. Propinatum erat & in beuestícht.
medio positum, quotquot interesse volebãt,
conuiuale donarium. Nihilo tamen minus
ambo postridie repariassarunt, & à pridiano sij gingen
contractu resilierunt, conuentionis palino- tlander-
diam cecinerunt, contractũ resciderunt, pa- daechs af/
ctum pridianum soluerũt. A cõtractu abitũ coop af.
est postridie. Resiliit emptor venditori. Non sij hadden
steterunt conuentis. Non manserunt con- roucoop.
tractu. Vtrunq; pridianæ conuentionis pœ- de coop te
nituit, eamque reuocarunt & retractarunt. niet makẽ.
Neuter perstitit in contractu. Vterq; quod
pridie inierant pactum, & ratum habuerant
dato arrhabone, id postridie soluerunt, irri-
tumq; reddiderunt. G. Gaudeo lętorq; tuo ic bẽ blyde
in ludũ reditu. Omniũ eñ mihi es intimus. gy weder sco
R. Gallinarum nostrarũ tres pullos exclusit len coempt
vna, adhuc incubat ouis alia, alia deniq; pe-
perit hypenemium seu vrinum ouum, mi- eẽ wint ey.
ramur quo nam laboret illa vicio, quòd nõ
similem aliis enixa sit fœtũ. G. Semper tibi
proximus sedebo. Optimè scis latinè loqui, ghy cunt
latijn spre-
eris

erisq́;, spero, mihi pulchrius latinè loquendi magister. Si enim qui iuxta claudum habitat, subclaudicare discit, quomodo nó etiam qui iuxta integrum habitat, integer & ipse vel manet vel euadit? R. Explebit mihi illam lacunam, mihiq́; illud resarciet damni, si mihi sit nomen Rammelario. Non sic inultus abibit. Sic non auferet. G. Scin' quæ dictata sint nobis nunc reddenda? R. Nunq̃ mihi tam grauis fuit ventris saburra: nunq̃ me tam pressit, tam vrsit alui deiiciendæ onus: nunquam mihi fuit tanta exonerandi necessitas aqualiculi: nunquam mihi tam intolerabile fuit ventris saburati onus, quàm hesterno die. Parum aberat, quin mihi femoralia ventris proluuie conspurcassem, & meipsum (quid ni dicam quod res est?) concacassem atque comminxissem, quemadmodum infantes adhuc impotes sui assolét. G. Decem sunt nobis memoriter reddendi versus in sermonibus Horatij Satyra prima primi libri. R. Fratrú meorum natu minimus calfaciebat pedes, suosq́; calceos ita adussit, vt nimio æstu contractos, vix exuere potuerit. Natu maximus cum quodam ex vicinia suæ farinæ adolescentulo transulturus fossam, incidit in cœnum, & perinde pulcher emersit, atque sus lota in volutabro luti. Illud mihi spectaculum multo iucundius erat visu, maioremq́ue ciebat risum, cùm ita lutulentus quasi ex carbonaria rediret domum

die bidt cre pelē woont leert mede hincken.

hi sal mi de scade betē. tiet ic anders rammelaer

ic had noyt so groote cacke.

ic had mi bi na van achter bedzetē.

syn scoenē so latē crimpē/tōpelē.

tut tusse als eē bagge in de modder.

meer lachte icker om.

mam, cuius nec os nec oculos dignoscere poteras, quàm si nobis ex lecto manè redisset, perfusis atq; respersis in capillamentum plumis. Alius qui maximo erat natu proximus, carnes iurulentas in mensam illaturus appositurusq;, ad prandium accumbentib. iam parentibus, cespitans, lapso catino, totam mappam perfudit iure, & matris caliendrum seu calyptram, focale, pectorale, ventrale, atque brachialia, carnario liquore ita conspersit, proluit, atque perunxit, vt iussulento humore distillantem vndique & profluentem, surgere oportuerit & excedere couiuio. Quod cùm viderem designatum, qui astabam à poculis, effusus in elatum & nimium risum, periclitatus fuissem herniá pati (seruet me deus) nisi & comminxissem caligas meas braccatas, & diffissa nate pepedissem. G. Verùm hodie spero ludendi facultatem nobis datũ iri. Hodie vt spero, studiis aliquátisper intermissis feriabimur, ociabimur, & lusitabimus. R. Noctibus ferè omnibus tam altũ dormio, vt vnà cum cubili me quouis facilè terrarum asportes, nihil sentientem. G. Quod si fiat, te oro & per nostram amicitiam obtestor, vt vnà colludamus à prandio. Nam sine te nequeo viuere, nec igniculum tui desiderij ferre diu possum. R. Grandiori pater meus est ore, & bucculentior atq; ventrosior me. Verisimile fit mihi, vnum atq; alterum pultis catillum amplius eum exhaurire, deuorare, cõ-

met vedere bestouen.

doe hy den hutspot op de tafel sou brengen.

Den doeck myns moeders, dz cleet, scorteclect, mouwen, metten sop geheel bestort.

doe ic lachte dat ic schaterde, meyn de my van achteré en bozen, &c.

dattet orlof sijn sal.

ick slaep meest alle nachten so vast, men sou mi wel wech dragẽ.

ic mach nz van v sijn.

ic hẽc wel. een schotel brijs.

co-

coquere posse quàm me. G. Conticeamus, ne si nostris fabulis interueniat præceptor, in pœnas eamus, pœnas ei demus, plectamur, & pœnas luamus: ne aut manus aut diuersam corporis partem flagris subdamus, & verberandam præbeamus. Nam hoc temporis articulo solet aduentare. Hem tibi lupus in fabula. R. Nondo treis fusos hodie cōglobatis filis onerauit mater mea, quæ fila mihi deuoluenda sunt, & agglomeranda girgillo. Illa pensum suum lepidè accurauit, ego meum vix ante nonam vespertinam absoluero. G. Tace & literis incumbe. R. Ipsus egomet hisce auribus audiui narrantē nobis Alardum illum Guessanū, quē iuxta mecum æquè nosti, magna iuuenum circunstante corona, furem quendam, vbi nescio, actum in patibulum, iamq; pendentem, vt erat collo cathenato & præfocato, semel ostentationis gratia, ipsam malam crucem circunuolasse, promissaq;, si bis adhuc rotatu & circunactu corporis patibulum ita circunsiliret, manumissione & liberatione, idem fecisse secūdo, atq; tertio tentantem, defracto collo, humi collapsum esse. Si tertium periculum circunferendi circūagendiq; corporis tam pulchrè successisset, q̄ primum atq; secundum, solutis vinculis, defunctus periculo mortis, liber euasisset. Quā historiam cùm noster circunstantium & ab ore illius pendentiū circulus, totam auribus hausisset, & effusissimo risu pro

secu-

dat wi niet in lijdě comé/dat wij gee stück of rop ē crigě. recht nu op dees tijt.

daer is de mau self.

mijn moeder heeft drije spillě garěs gesponnen/ die moet ic haspelen.

si heeft haer heylich a= nont af.

ghi kent hě so wel als ic. int midde van ōs,

om de cōst.

dat hy vrij gaē soude.

naerstich/ al gapende toehoorde.

secutus esset, miratus ille nostros cachinnos subduxit se è medio, & nescio quorsum eua nuit. A. Ore fauete omnes, adeste æquo animo, attentos vos docilesque prębete, vt aliquem hinc fructum referatis domum, vt eruditiores hinc & literatiores domum concedatis. R. Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. Memini quondam me, cùm primùm studij literarij fundamentum mihi iaciendum esset, malle sororis meæ partibus & officio nendi, rhetia texendi, vestesq; lauandi, quàm meo studendi fungier. A. Audio nescio cuius fabulantis murmura. Hoc agite omnes, vt vobis hæc in maiorem eruditionis cumulum cedāt, vt maior vobis accedat doctrinæ cumulus. Studendi non garriendi gratia huc vobis ventum est. R. Sæpè etiam est holitor valde opportuna locutus. Vidi ipse circunforaneū quēdam mendicū, pānis annisq; obsitū, pallio circumamictum (nam Gręcus, erraui, graculus videbatur) tot consuto, consarcinato atque variegato panniculis, quot penè dixerā cœlum stellis, hominem planè pannosum atq; pannucium, qui tam erat sapiēs, vt sciret exedundam gabatam, quàm cōuexa sui parte capiti imponendam. A. Videor adhuc audire nescio quas fabulas. Animum diligenter aduertite. Lubentibus & pronis animis, auribusque sitientibus, quod in rem vestram sit, auscultate, arrectis mihi & perpurgatis operam date

hi vloos hē setuen. hoort toe scarp, swyght geeft wilt/ audiency. hy woil alstijt op een andr bedde. doe ic eerst mijn a b c leerde/ &c. ic hoor hier een clappē. eē cot spreect wel eē wijs woort. eē straluynet wel, yot ctdder. hy scheen wel een bonte cray te sijn, so vsceyen was hi belapt. ic hoor noch eē langtōg die sinē bec nz stil ē leit. dat v profijt sy. hoort nerstich toe.

date auribus, vacuis pronisque excipite mea dicta auribus, faciles mihi præbete aures, attentis & auidis auribus, iterũ atq; iterũ dico, pendete ab ore meo, vt hinc domos vestras literis cumulatiores, & eruditiõe locupletiores vos referatis, vbi exacta fuerit hora, & tẽpus redeundi domum aduolarit. R. Ipsa phthiriasim filioli sui curans, caputq; eius pectens exonerabat pedibus, & pediculos venãs quasi Augiæ stabulũ repurgabat. Caput erat scabrosum, & multa tentatum scabie. Capilli erant miserè intricati & implexi, & pustularum cõcreti purulentis crustis, vt vix discerniculo suo explicare, vix pectine discriminare potuerit. Puellus tam eiulabat, & voce sublata flebat, vt vel trinas vltra ædes facile exaudisses. At illa tam clara voce vulgarem quandam tritamq; cantionem cantitabat de principe nescio quo, quem vocant Phalconolithum seu à Falconario lapide, vt pueruli fletum offuscaret & discerperet, ne inaudiretur longius. G. Hic homo & sibi & nobis erit dedecori. Et sibi creabit periculum & nobis. Et se & nos suis ineptiis dedecorabit, pudefacietq;. Vtinam longiuscule sederẽ semotus ab eo. A. Ecquis illic tam clarè fabulatur, vt penè mea docentis verba obscuret, obnubilet, & suis næniis obruat? R. Vesperi cœnatus, vbi primùm contenebrarit, ibo cubitum & dormiam solus, non vsurus ad eam rem matris auxilio. Nam annis abhinc plus minus

dat gi te wel ser muecht thuis comẽ alst wt is.

thooft was seer scorft/ thaer seer verwerret/ eñ aen mal candẽ gebar ken vant et ter d seerẽ.

grapẽ/luyt schreyen.

Si worpet op wu iteñ vã mijn heer vã valkẽsteyn, &c.

dat si hẽ ñ douẽ sou.

hi sal mi in scande bzengen eñ hem seluen.

wie clapt so herde dat hi mijn stẽ verdooft.

minus sexdecim, aut septendecim, aut fortè duodeviginti, initiatus sum Cubæ, Eduliæ, atque Potinæ, vt ethnicos loquar, atq; tum demũ licebit edere crepitus benè densos atque sonoros. A. Ecquis, inquam, ille, qui loquacitate sua nobis ita obstreperus est? qui nobis ita obstrepit? Quis nobis illic tam claris & apertis occinit tibiis? Si melius quid habes, quisquis es, accerse vel imperium fer. Si cui sit quippiam hoc loco dignius quàm mihi, hanc cathedrã veniat cõscensum, & meis fungatur partib. Ego vicissim boni docilisq; discipuli fungar officio, & cathedrario præceptori meo linguis animisq; fauebo. R. Feles dimidiatũ penè caseum ouillum deuorarat, si tacita perrexisset esse, & non minurisasset, nec se suo indicio quasi sorex prodidisset, facilè totum prius absumpsisset ac peredisset, q̃ à quoquam olfactum & rescitum fuisset. Atq; tum demũ collata fuisset omnis in me culpa, mihi fuisset impactum crimẽ comesi casei, ea in me fuisset cusa faba. Comperi hac re verum esse, quod cecinit ille: *Sed tacitus pasci si posset coruus, haberet Plus dapis, & rixæ multo minus inuidiæq;*. Aristip. Nugator ille nondum tacebit. Huc ades ô garrule, depexum te pro tuis meritis & exornatũ dabo. Adsis huc, audin', heus blatero, tuis ex virtutibus ornabere. Nisi huc acceleres gressum, nisi huc approperes, ego istuc aduolabo, idque non tuo commodo bonoq;: idque

wysten dat clatert.

Wie is my daer m3 sijn snateren in de swech.

Ik swijgh en nerstich toehooren.

hadse niet gemant en haer seluẽ verraden.

ic soude de scult gehad hebben.

ic souđ om gelede hebben.

mocht de cat mayselen en mauwe niet/si sou de helft meer crijgen.

ic sal v loon na v wercken geuen.

ick sal v ter teyn nȝ liet zÿn. gy sul ter niet om lachen, ter= loef ick v.

een houten rateiaer.

Swÿǧ moett dit hamme kē schillē. Dit dier vā den been spelen.

gy clupel, mopsus.

sy heeft de le paes eye ren geten.

noch fray op de voet. cloeck nae haer tÿt.

laet hÿt gaen sien.

non ex re tua: non in rem tuam: nō ex tuo vsu. R. Non cuiuis hominum contingit adire Corinthū. Principibus placuisse viris, non vltima laus est. Sedit qui timuit ne non succederet, Namq; volasse aliò quàm quò pertingere possis, Stultitiæ est. A. Adhuc pergit tricari loquaculus ille, neq; dum semel atq; iterum vocatus huc, prodit. Feram oportet, atque huc sistam linguacem illum & locutuleium caudicem. Huc adeste statores mei, vos pauperes, huc apparitores, huc lictores, huc satellites, custodes, ostiarij, & qui mihi estis à scopis, à manib⁹ pedibusve. Hęc nobis fera conficienda est, expedite venabula. Ehodum quid desides lapis? quid moraris trunce? quin venis? R. Multorum festorum Iouis glandes comedit. Multis admodum interfuit olympiis. Parum abesse credo, quin bis saltarit secularibus ludis. Amplius enim nonaginta nouem annos est nata, neq; tamē vel vllo dente cassa. Quin etiā tam integris adhuc est tum auribus tum oculis, totoque corpore præter ætatem viuido & viridi, non exucco, non effœto, nō fracto viribus, nec exhausto, q̃ si non nisi quadragenaria esset. Si quis fidem mihi non habet, prouisum illuc ad illam abeat, & rem ita esse vt dixi, comperiret. Habitat ad forum boarium iuxta puteum vbi fœnum perinde atq; pannum metimur vlnis. Pedum tamen robore, vt nō sis id nescius, iamdudum nonnihil est defecta,

vt

vt rursum prorsum ambulatura scipione nitatur. A. Quibus nos hic verbosus stipes fabulis onerat? Siccine putas nobis centones farcire? Non sic euades. Quas tu nobis apinas tricasq;, quas nobis Siculas gerras obtrudis? Dabis mihi pœnas pro meritis mastigia. Fac te compares accipiendis verberibus. Solue ista ligamina: atque expedi atque exere partem tui flagris excipiendis aptã. R. Spectator erã totius pugnæ. Gallinacei mutuis alter alterũ insultibus & rostris petebant, vt amœnũ fuerit certaminis spectatorẽ agere. Videbar mihi Hectorem cum Achille commissum videre. Vterq; vtrumq; altero captũ & exoculatũ reddebat lumine. Si alter oculorũ qui manserat integer, mutatis sedibus, meditullium occupasset frontis, credidisse animã Polyphemi in vtrumq; æquatis migrasse partibus. Amborũ manabãt sanguine tempora vtraq;. Amborum sanguis stillabat cristatis capitibus. Vtrisq; multo sanguine liquebantur guttæ. Amborum multo rorabant sanguine cristæ. Sanguineis guttis cristæ vtrorumq; pluebant. A. Papæ, quid nobis loquitur hic blennus, hic bliteus, hic bardus? Satin' sanus & sobrius est? Fatuus ne verè est, an stulticiam simulat? R. Dij facientes adiuuant. Cum Minerua manum quoque moue. Non iacet in molli veneranda scientia lecto. Putas tibi scientiam obuenturã dormienti? Non semper dormientis rhete capit.

sy ginc achter eñ voer styenende op eẽ cruc. wat blaeu gloſẽ bregge ons bi-

de hanen vochten.

te duuel tegẽ si moeste sy picten malcander dooghẽ wt.

dat. ij. rueſen hadde gheweest.

sy bloeden alle bey op haer cammen.

oft schertt hy de sot. helpt v selues so helpt v god. mẽ moet die hãt aen de ploech slaẽ

Non ita quibusuis in medio posita est, neq; ita cunctis stat obuia, exposita, & in procliui scientia, vt eam sibi sine lucubrationibus speret quilibet: vtq; sine puluere ac sine sudore palmam eruditionis sibi datum iri credat. Dij omnia laboribus venditant. Nil sine magno vita labore dedit mortalibus. A. Ducite hunc insipidum ac insulsum hominem ad agnatos & gentiles. Quid mihi cum homine mentis parum cõpote? Dat sine mente sonum, quasi corpus sine pectore. Mente parum consistit miser homo. Consistit neque mens, neque vox, neque lingua. Insolens tamen ita loquitur. Quid illi acciderit miror. Nisi redeat ad mentem saniorem, actum fuerit de salute eius. Redibit tamẽ, spero, ad pristinam sanitaté aliquãdo, si valetudinis eius recta & diligens ratio habeatur.

tis alle mẽ
scẽ so rasch
ns gegeuẽ.
niemant en
vlecht een
gebraté du
ve inbẽ kec.
tmoet met
arbeyt alge
halt wordẽ.
brẽgt desen
sulfus boer
eẽ cockoec.
hi calt, raest
wt en in ge
lijc eẽ oude
schuyt.
hi is nz swa
by sinnen.
hi pleech so
nz te contẽ.
ic hoep dat
hi weer beco
mẽ sal, past
mẽ daer op
wat.

¶ Martinus Simonides Amstelredamus, & Martius Syluanus Quempenas.

M. An nullæ soluẽt hinc cymbę crastino die? S. Cur istud sciscitaris? M. Hinc soluero, & domũm me contulero. S. Ain tu? venisti huc quasi canis è Nilo bibiturus? venisti nõ nisi à limine me salutaturus? venisti, vt vix ingressus meas ædes, euestigio rursus auolares? Vixdum occupato loco & captata sede, vbi fessus ex itinere acquiescas, iterum meditaris fugam! Sic solent, quibus patratum esset aliquod flagicium capitale, & qui capitis vbique anquirerentur, nusquã consistere,

sullen hier
geẽ scuytẽ
afvaren?

coemdy om
een kockẽ
viers?

die nagescre
uẽ worden.

nullo

nullo diu manere loco, quod pace tua dixerim, qui nullo modo flagiciosis, sed cum consularibus venis numerandus. Nam qui superioribus annis, cùm tu mecum ageres, nunc ædilem sacrum, idque non semel, nunc senatorem vestræ ciuitatis agebat, nunc iam ad summum consulare culmē euectum esse patrem tuum intellexi, sine dubio te quoq; populi suffragio prouehendum eodem dignitatis aliquando, iam nunc auguror. M. Bonis huc auibus mihi ventum est. Bene se habent principia. Suauissimo laudis epulo iam mihi pastæ sunt aures, si ita suauiter ventrē quoq; pasturus es, haudquaquā hinc famelicus abiero. S. Ludis atq; iocaris haud insolens Martine, at ego nihil ludens loquebar. Sed valeant hæc, ne videar in os laudare. Hæccine est quam mihi fidem dedisti, te mecum vel integrum mensem hæsurum? Permane saltē vel duos dies. Quid ita festinas, quasi percitus œstro, vel actus scutica? M. Nō est mihi nunc integrum manere diu. Aliâs plus ocij nactus resistam hic diutius. S. Si semper ita agas, vt quod largiter & prolixè promiseris, parcè & tenuiter soluas, quis tibi fidem habeat? credaris, quod absit, lubrica & ancipiti fide, qui aliud stans aliud sedens. Verùm quando fieri non potest quod volo, id velim quod possum. Feram oportet non culpem, quod mutari non potest. Quando ita vis, quod vis fa tito. Quando hæc sacra aliter nō constant,

met payss van b.
een eerlijck statich mā.
eē kercmeester/scepen der stadt.
opper borgemeester.
gy sult noc tot diē staet noch comē.
ter goeder tijt ben ick gecomen.
ter saliger bien.
gi soect noch so gi pleeght.
yemant in sijn tegenwoordicheyt prijsen.
hier seggen dair lochnē.
macht anders niet sijn so moet ict lijden.

æquo feram oportet aio. M. Profectò si fieri possèt, nusquam gentium mallem, q̃ tecum agere vitá. Quidam creditorũ meorum, qui fuit in ære meo iã plus minus quinq; annos, & subinde mihi interim fidẽ dedit, se iamiã soluturum, cęterũ vana me semper spe lacta uit, & quasi coruũ delusit hiantem, nũc iam tandẽ crastinũ mihi dixit diem credito sol uẽdo. Is itaq; si fortè veniret ad diem præsti tutũ, & promissis suis staret, nec me domi of fenderet, haberet nimirum, quid excusaret, quò minus soluisset. Si vxori meæ fecissem huius rei indicium, non foret opus me hinc q̃primum diuulso. S. In promptu consilium est, quid faciamus. M. Ecquid? Expedi, quod habes cõsilij. Videamus an sit vtile factu. S. Mittã illuc meũ à pedibus, tuam vxorẽ istius rei admonitum. M. Pulchrè. Maneo itaq;. S. Laudo te. M. Quid vis igitur, vt faciamus pri mulum? S. Quid aliud q̃ vt curemus cuticu lã, & genio indulgeamus? M. Istius gratia nõ erat mihi opus huc adito. Istius faciundi fue rat mihi vel domi ad focum meũ in hemicy clo sedenti copia affluentissima. Quid erat opus huc vento? aut hic diu remanso? S. Imò aliud est maioris mométi, tam ex tua q̃ ex re mea futurũ. Vocatus sum, paulò ante q̃ veni res, in ędem sacrã, ad inaugurandũ infantem in Christianismũ, & in militiam Christi con centuriandũ. Infans iam recẽs natus in tem plum est deportatus, qui lustrandus est Chri sto,

nergẽs lte ner dã bi b die mi scul dich heeft geweest.

ic heb daer tnalopẽ af

ick weet goet raet.

wat willẽ wij eerst doen? goet cier maken? ic mocht dz thuys op minẽ heert wẽ in mijn setelstoel. daer hanct wat meerdẽ macht aẽ. om eẽ kint te kersten.

fto,daturus est nomẽ Christo,& societatẽ ini turus cũ Christianis, inter Christianos est re ferendus,in album Christianorũ est scriben dus.Is mihi initiandus est primis Christianę fidei mysteriis. Is mihi authorandus est & sa cramẽto Christi astringẽdus. Is mihi tingen dus & lustrandus est Christiano baptismate. Nã vbi primũ infantis huius vitę limen con tigerũt,prim⁹ natalis eorũ lustricus est dies. Vbi hoc mihi munus fuerit obitũ,breui aũt expeditũ erit,reuersus dicã quid agamus.Interea temporis in subdialẽ ambulationẽ,quę pomariũ meũ ambit strata lapidibus,te reci pito,meq; ociosus aliquantisper expectato. M. Istuccine tuarũ est partiũ? Credebã istud esse subsidiarij Curionis,nõ maximi. S.Illius est, quẽ asciscere voluerint,vel meũ,vel mei vicarij: potissimũ verò meũ. Verisimile est, non esse nunc in prõptu,qui meã occupati fi duciariã operã nauet.Idcirco itur ad me. M. Expectẽt aliquantisper,dum inueniãt vicarium tuũ. S.Fortè susceptores & initiationis arbitri sunt maioris authoritatis,q̃ quos deceat diu suspẽsos & in mora tenere. Præstat ipse abeam.Interim vale. M.Tu quoq;.

dat gekerstent sal werden.

ick moetet cristenen.

haer doop dach.

als ick die bootschap gedaẽ heb.

te wandels plaets om minẽ boomgaert in de locht.

diet voer my wet.

uwen cappelaen.

die gheuaders sijn vã meerder weerdẽ.&c.

¶ Martius Syluanus idem, & Iobus Histiopæus Roterodamus.

M. Quis cõsistit pro foribus? Quis pulsat fores? I. Reclude,facilè videris,q̃ sim. M. Nõ ita recluditur ostium quibuslibet. Nõ reseramus cuilibet nostras ædes. Hęc ianua nõ

seylmaker

wie clopt daer?

mẽ laet alleman niet lichtelijck in.

quibusuis patet. Huc nõ patet aditus cuiuis. His sedibus non datur succedere cuiuis. Nihil hic seritur nec metitur nisi amicis. Non coximus quicquam nisi hospitibus & amicis. Io. Sum equidem & amicus, & hospes nõ ignotus. Fuit mihi semper tecum multis ab hinc annis hospitium vetus, aperi modò, videbis atq; fateberis. M. Videor mihi vocem istam aliquando audisse, sed nó succurrit, cuiusnam sit. Videor agnoscere vocem, sed nó venit mihi in mentem, cuius nam sit. Notũ quempiam videtur sonare vox, cæterum ecquem, nó possum reminisci. Io. Pateant modò fores, me agnoris facilè. Quid (malũ) tam diu amicum, hoc tam aspero & turbulento cœlo, pro foribus, quasi mendicũ aut hominem nihili, resistere sinis? Ventus sua inclementia mihi & os & mentũ & genas ita mordet, vrit, laniat, vt tantũ nó & truncus naso, & cassus auribus videar abiturus. Ventus ita furit, grassatur, sæuit, bacchatur, mihiq; caput ita percellit, vt propemodum aures mihi demorsurus videatur, secumq; rapturus & versurus per auras. Temporibus meis tam est infestã ventorum sæua procella, vt periculiter laniatis & mutilis forsan auribus domum redire. M. Hem Iobe, ten' conspicio? Ten hisce nunc conspicor regionibus? Quæ necessitas cœlo tam ventoso atq; procelloso te appulit huc? Citius mortem hac tempestate turbida q̃ te expectassem. Io. Probus

hier hebbẽ niet dan vt sond vrienden te doen.

ick en cans niet op comen wiens stem dat is.

doet op, ghi sult mi wel kennen.

die wint snijt mi int aensicht.

in de lucht.

op dusdanigen boosen weer.

mẽ sou nau een hont wt iagen.

es

es scilicet. Me quidem inuitasti ad Bacchanalia tecum agitanda, & ad mellitas placentas pro more regionis nostræ liguriendas: at pulsantem iam & ingredi postulantem, magis inuitus me admittis, quàm si mors pepulisset ostium, & familiæ vestræ vitiũ, labem, stragemq́; factura venisset. Quantumuis huc abs te inuitatus, nihilo tibi gratior venio, q̃ iis, quibus semper animus est in patinis, esuriales feriæ, aut primus dies parsimoniarum: aut quàm Cereri, filiam Proserpinam abducturus Pluto: aut quàm capite damnatis & morte multandis grata lux oritur, qua caput securi sint subdituri: aut quàm mercenariis multo adhuc somno grauatis, & à labore diuturno abhorrentibus crepusculũ matutinũ ad diurnã operam vocans: aut deniq; quàm grata nox instat tenebras exosis. M. Agnosco culpam. Erratũ est à me. Fefellit me mea suspicio. Pro forib⁹ meis esse suspicabar aut circumforaneum & vagabundum scurram quempiam, aut mendicum nefarium, quales nunc multi id genus sunt: aut circulatorem parasiticũ, aut decoctorem vacerrosum, aut Methysocottabum aliquem, qui ex mediis ganeis erupisset, aut militem exauthoratum & militari sacramento solutum, eumq́ue ad nihil aliud promptum, quàm vt rusticos ad omnem iniuriam expositos, afflictu, obtrituq; faciles, vocis vultusq́ue atrocitate territet atq; emungat. Cuiusmodi fuerat quidã

pro

õ myn pan coecken.

als oft hem kepvic/tmã nekẽ met dẽ moozdẽ voo; v duer. &c.

ic coem v sõ swilleẽõ als de hõt in dẽ hutspot.

ghi siet my so lief van achter als van voze.

tis mi schult

een lant loo per/ guyt/ potboef/oft eẽ rabauwich bedelaer.

eẽ ruyter die op den boer man leeft.

pro foribus meis, antè paulò quàm venisses, qui postquam famulam meam multis onerasset conuitiis & contumeliis, ita tandẽ tumultuabatur & debacchabatur, dũ non admitteretur, vt credidisses eũ aditus iam iam rapturum, & viam vi facturum. Nunc itaq; te pulsante suspicabar denuo eiusdem farinę aliquos ventitasse, & foribus meis immi nere, qui blandis quidem & amicis mihi ver bis essent imposituri, verbaq; daturi, cæterũ admissi vim facturi. Sin putassem te aduentare, potius euolassem tibi obuius vnum aut alterum miliare, teq; obuiis exceptum vlnis huc deduxissem, quàm vt longius nostro in vestibulo pendêre permisissem, cùm sis mihi tam gratus acceptusq;, quàm si ipse parens meus Oecoplusius, quẽ credo iam plus minus decem annos hac luce caruisse, (vtinã æterna immortalitate hanc vitã mortalem commutatam in collegio diuorũ possideat) huic vitæ restitutus, mihi verus rediret nuncius, & narraret, quid vel apud superos vel apud inferos rerũ agatur. Ne succenseas igitur, sed nostris succede penatibus ô dulcissime rerũ. Affatim te exhilaratũ curabimus. Pergræcabimur vnà. Cuticulam curabimus, & genio indulgebimus, ita vt huius noctis, lociq;, semper, quo ad vixeris, memor sis futurus. In tempore ades profectò, quod gaudeo, tibiq; gratulor. Nam commodum, obsonatis apparatisque omnibus in cœnam vsui fu

als hi haer scandelijck toegesprokẽn hãd. hi vaerde of hi vuil waer de door op lopen. met eẽ sop begoten. tlauuyt/de bijf woordẽ geuen. laten staen. dat hy doot ghe weest heeft. mijn lieuer gesel/mijn beste vriẽt. wy sullen so goet cier maken. &c. wel te pas.

futuris, famula mea coquendis se placentis accinxerat, cùm tu foribus instares aperiundis. Credo vel Iouem hospitalem, (vt ethnicè loquar) tam charum hospitem, vel ipsas Charites amicum tam gratũ, candidum, & humanum huc, tam grato & conuiuiis celebrandis, deliciisq; fruendis amico tempore aduexisse. Si quid pollucti fuerit domi, tuũ erit perinde atq; meum. Quicquid lauti, opipari, atq; splendidi vel cibi, vel potus, ex cella penuaria depromi poterit, id nũc expromptum & amico appositum propinatumque curabo, neq; quicquam reconditum seruabo. Releui quoddam vas ceruisiæ Gedanæ, tam selectę, vt talem sis dictitaturus te nunquam gustasse. Est pręterea mihi aliud quoddam dolium vini, tam rari & eximij, non dicam cuiatis, ipse vbi pitissaris, censor eris, vt præ illo Falernum aut Chium, sis loram, ne dicam nauteam crediturus. Id fauente Libero patre ita libabimus, vt postrema gutta tandem in imo fundo sit suspiratura. Eamus igitur, quid hic diu stamus? Io. Placet omnis conditio, modò citra ebrietatem bibamus. M. At tanto mihi gratior es, quòd sobrietatem mecum colas, licet aliter locutus videar. Obtemperabimus genio tuo, vt nullo à nobis grauêre modo, nec potare plus cogare, quàm ipse velis. Culpa magistra potabimus, nec alius magistri ad mutuũ bibendi certamen æquatis haustibus (quod odi

ca

was geset om pancoec kẽ te backẽ. my en quã noit lieuer vriẽt ouer. op ons genoechlijckẽ tijt. heb ick iet leckers in mijn huys sal voor v so wel sijn als my. ick sait v voor settẽ. ic heb een goet lecker vat tuyppen biersõsteke · sulckẽ wt gelesẽ wijn

slechs niet dronckẽ.

ghy sult nẽ vlast werdẽ

huesch ẽñ bij drinckẽ met ouertallich.

cane peius & angue) impellētis dictata peragemus. Vnicuique nostrum (nam curabo plures simus, aliquot ex vicinis amicis huc asciturus) liberum erit, quantum fuerit collubitum potare. Nam & ipse abhorreo ab intemperatis comessationibus. Io. Mecum facis. Mihi summa religio est, poculis ita certare, vt aut inebriem quenquam, aut à quoquam inebrier. M. Piè dicis. Mihi eadē ista religio est. Si quisquam me inuitet, & potu obruere vel sepelire studeat, certe nō faciat mihi gratum, imò peius mecum egisse censeatur, quàm si clam crumenam meam compilasset. Io. Recte putas. Discedo in sententiam tuam pedibus vtrisque. Nam ebrietas bona surripit multo preciosiora quàm sit aurum aut argentū, mentem & rationem atq; valetudinem sanam. Multo quietius & tranquillius dormitur, si sano & integro capite cubitum eatur, quàm si capite ebrio & saucio. M. Optimè philosophiaris. Super hac re, si placet, dabo tibi legendam, quā scripsi superioribus annis ad quēdā amicum, valde deditum ventri, & addictū ebrietati, epistolam. Nam exemplar credo me adhuc habere prima manu scriptum. Io. Quid ni placeat? Nihil mihi gratius feceris, quàm vt istiusmodi literatis me deliciis reficias. M. Accipe. Io. Lubens accipio. M. Sed heus: quid si legam ego? Fortè non commoda tibi fuerit prima manus lectu, vtpote tumultuaria,

in-

Ic houde met v.

Ick maker noc conscientie af.

oft hy mijn borsse ghestolen had. Ic wil al so ghy wilt.

die seer op dē dranc gestelt was.

Dats mi lief met v haest gescreuen.

incompoſita, inconditaq́;. Io. Perplacet, legito ipſe. M. Sic habet epiſtola. Nuper admodum, fortè fortuna veſtratium nónullis in foro noſtro verſantibus, ac rurſum prorſum vagantib⁹, neſcio cuius rei gratia, meq́; agnoſcentibus & compellantibus, quippe quibuſcum anno ſuperiori tuis in ædibus lęto excipiebar conuiuio, variis vltro citroq́; habitis verbis, tandem incidit mentio tui. Multa igitur ſuper rebus tuis, amico ſanè animo, tuęque ſalutis auido, ſciſcitatus didici Horatianū illud pulcherrime in te quadrare: Me pinguem & nitidum bene curata cute viſes, Cum ridere voles Epicuri de grege porcum. Qua de re habeo pro noſtra veteri amicitia, quę ab ineunte puericia quondam incepta, ſimul cum ipſa ætate accreuit, non nulla tibi ſcribere: quæ ſi ſitientibus ac pronis auribus acceperis, ſi placida atque alta mente repoſüeris, ſi denique honeſtis moribus, totaq́; vita expreſſeris, maximè ſint frugifera, ſummoq́; honori, atque adeò ſempiternæ tibi futura ſaluti. Tibi quidem, vt audio, quemadmodū, prò dolor, & multis aliis, pulchrum videtur genio ſemper indulgere, curare cuticulam, pergræcari, epiſchytiſſare, Abronis & maceratam ac molitam delicatamq́; vitam agere, pontificalibus atque cerealibus cœnis intereſſe, Syracuſanas atq; Sybariticas menſes ſectari, noctesq́; diesq́; plenis certare poculis, atq; pinguem aqualiculū

ouer eñ weder ouer wā te lende.

veel lôghens.

mē begonst daer van v te ſpreken.

vā ionck op

altijt de voſſe ſmerē, ſcoon kēs ſotorne hē, ſmetſen en ſuppen/ beeſachtich maken.

pro-

propenso sesquipede extendere, semperque (vt semel dicam) bacchanalia viuere. Mihi verò, quid autē mihi? imò omnibus germanis Christi cultoribus videtur ebrietas & ventris ingluuies omnibus fugienda modis. Nā si aio haud supino sed acri sagaciq; omnium rerum naturas contempleris, nimirum intelliges, nihil esse in rerum natura, quod non omnibus viribus, quo ad potest, suum interitū vitet atq; fugiat, & totis conatibus sui conseruationem amet, foueat, ac tueatur. Quis enim nisi mente captus sibi consciscat mortem? quis semet perditum eat? Imò, quis nō vel nudus atq; omnibus postpositis bonis, si mors immineat, quàm possit vlla via effugere, longè lateq; fugiat, vt seipsum modò seruet incolumem? Tantū profectò sui amorē omnibus animantibus inseuit natura, vt nihil propria vita, propriaq; salute sit vlli charius, vtq; non modò flagitiosissimi quiq; ac vitæ profligatissimæ homines, qui pro sceleribus hic extremas & ignominiosas dant pœnas, & post hanc vitam periclitantur æternū subire supplicium: sed etiā sanctissimi quiq; qui hanc mortalem vitam sine dubio sempiterna immortalitate cōmutaturi decedunt hinc, naturaliter animā semper reddere exhorruerint, teste vel ipso Christo, qui totius bonitatis fons & origo, virtutisq; omnis exemplar, cùm sese ꝑ nostra salute miseris modis excarnificandum propinaret, qua homo

alle daghe vastelauēt spelen.

seer te scouwen.

wildy neer=stich alle dinck aen=mercken.

met alder cracht zijn eygē salicheit minnē.

tis natuer=lijc/hē sel=uē/dats ge sonths lief te hebben.

zijn i vreeswech ewe=lic geplaegt te zijn.

doe hi hem seluen voor ons te cru=cen gaf.

erat

erat inhorruerit dicẽs Tristem sibi suam esse animam vsq; ad mortem. Omnes enim boni & salutis amore ducimur, idq; quod malum censemus, eatenus ex animo fugimus, quatenus malũ esse remur. Quæ igitur mentis insania, quis furor nos exagitat, vt semel omni salute prodita, quæ vel beluis grata sit & omnibus excipienda vlnis, si agnouerint, tam funestæ pesti (dico ebrietatem) nosmet ipsos deuoueamus, quæ quicquid à superis datum sit boni, id totum labefactet atq; eripiat? Quid pestilentius, quid execrabilius ebrietate, quę cum omni eo, quod bonum vel sit vel esse credatur, tam atrox, tam nefariũ, tam exitiosum, tam internecinum gerit bellum, vt necesse sit vel omne bonũ, regnante hac tyrannide, pessum ire, vel dominante virtute, ebrietatem stratam, cõculcatam atque profligatã iacere? Non tam igni aqua, quàm bono virtutiq; est inimica & infesta ebrietas. Triplicia dixerunt esse bona, qui rerum naturas perscrutati sunt: fortunæ, vt sunt honores & diuitiæ: corporis, vt sunt valetudo, membrorum agilitas, & formæ decus: atque animæ, vt sunt, ratio seu mens, memoria, virtus, scientia, & id genus. Horum omnium vna est labes, vna pestis, vna pernicies, vna internecio, ebrietas. Vis tibi paucis perstringam, idque versibus?

niemãt leert/oft hy sonde garn sweluaren.

hoe syn swi dus dul?

eñ alsõ aenseghenaemst behoort te wesen.

Dat swi õs selven so bederuen.

Wat isse scadelicker dã drõckẽscap so swaren ozlooch hoozt.

Dit neempt drõckẽscap al wech.

Ebrietas sensus rationem eneruat & artus,
Inquinat occiditq; libidine carnẽ animãq;.

Quo

Quò natura trahit, rapit huc virtute carentẽ.
Tecta aperit, rerũq; profusos reddit egenos.
Prodiga tẽporis est, quo nil p̄stantius vsquã.
Pertrahit ad scelus, æternũ qđ pœniteat te.
Testis Alexander, sibi qui charissimũ amicũ
Ebrius occîdit, fermè occidit ipse dolore.

huysen met gelt maect dyõchẽ scap ÿdel. ẽ co-nincs goet soasy mogẽ verslinden.

Fortunas vel amplissimas ita exhaurit atq; eripit ebrietas, vt plurimos Crœsos atq; Crassos vel Iro Codroq; pauperiores reddiderit. Res ipsa loquitur, & quotidiana experientia docet quod dico clarius, quàm vt sit vllis paradigmatis opus, teste diuino oraculo Prouerb. 21. Qui diligit epulas in egestate erit, & qui amat vinum & pinguia, non ditabitur.

sy breect de ledẽ, maect lopen oogẽ. sy verderft tverstant. maect een quaet hoot sy beneemt al de cracht sy maect strooveenẽ. ongeest van lichaem.

Corporis valetudinem atq; vires eneruat & frangit, visum obtundit, oculos lippitudine deformat fluidosq; reddit. Audiendi vim atque energiam hebetat: caput vertiginosum & cerebrosum efficit: manus reddit languidas, inermes, tremulas: pedes incertos, infirmos atq; titubantes: deniq; totum hominẽ debilem, elumbum, atq; exsanguibus stupidisq; membris. Animũ oibus suis viduat dotibus, virtutibus exuit, expoliat, priuat. Ingenium offuscat, & cæcis voluptatũ erroribus opplet, memoriæ thesaurum & vigorẽ extinguit, voluntatis impetum aliâs rectum debilitat & transuersum agit, carnem totumque hominẽ pietatis odio, impietatis & malorũ desiderio imbuit, atque inextinctæ libidinis fœda libidine inaccendit, Deniq; sobrietate

sy brenct dẽ mensch heel uut swilde.

pes

peſſundata aut exulante, vitiorum agmen omne, crapula duce, irrumpat neceſſe eſt. Hinc rixæ, hinc pugnæ, hinc cædes, hinc adulteria, hinc furta, hinc rapinæ, hinc proditiones, & omnis vitiorum colluuies quaſi à Tartareis furibus emiſſa in vniuerſum mundum tranſeunt. Quid ni enim Tartareum dixero, quod non ſuadente ſed repugnante natura, ſoli animalium nos male ſani homines non ſitientes bibimus? quid autem bibimus? imò tanto nos luxu ingurgitamus, vt noſmetipſos nimio potu planè viuos obruamus & ſepeliamus, adeò vt nobiſipſis prææmaturæ mortis ſæpenumero cauſſa ſimus? Atque id forſan inſanis quibuſdam & Bacchico furore percitis hominibus nō ſat graue & execrandum videatur, quòd calcanda ſemel via lethi. Sed adde, quòd ſempiterna quoq; morte afficiamur, ſi Bacchi magis q̃ Chriſti cultores fuiſſe deprę hendamur. Mentiar, & quouis ſupplicio dignus videar, ſi nō hæc ex diuinis ſortibus (vt ethnico magis q̃ Chriſtiano more loquar) didicerim, Pro. 23. Cui væ? cuius patri vę? cui rixę? cui foueę? cui vulnera? cui ſuffoſſio oculorum? Nōne his qui commorantur vino? & qui ſtudent calicibus epotandis? Ingreditur blandè, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet. Et eris ſicut dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo. Eccl. 27. propter crapulā

so coempter niet dā alle quaet.

alle leelicks der sonden.

tegen de natuer.

al leuende doot.

ons leuen vercorten.

dul gedrōcken.

datmē eeuw. sterue moet.

die te croes kens leckt.

multi perierunt. 1. Corinth. 6. Neq; ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. Quare vt tandem vela contra ham, si tuæ saluti rectè consultū velis, quod debes, modò temetipsum verè ames, ita te comparabis, vt Sobrietatem omnis virtutis alumnā semper ames, prosequare, colas. Ebrietatem autem & ingluuiem probitatis & omnis integritatis pestem oderis, fugias, execreris. Vale. Guormariæ. 15. calend. Augusti. Io. Non legisti, quod scias, epistolam, totam. Multa transilisti. M. Non eo inficias. Non est mihi ad manum, epistolæ, vt scripta erat, verum exemplar. Non nisi syluulam quandam in promptu habeo. Io. Saltem percurrisses totam syluam. Video multa silentio tibi præterita, quæ vel ipse legero facile. M. Vis dicam quod res est? lectionis inceptæ pœnitebat me. Cogitaui mecum, Venit huc me visurus longinqua & molesta profectione meus Iobus fortè fessus, frigidus, sitibundus, famelicus. Quid hic consistimus, & tempus hisce legendis conterimus, quæ multo commodius pòst, quādo ventri factum esset satis, & maiori cum fructu legeremus? Quin valeant hęc. Hæc non sunt argumenta, quibus declarem mei Iobi aduentum mihi esse gratum & charum. I. Istud igitur est, quod in medio legendi cursu tandiu resisteres atque hæsitares? Mirabar quid animo volueres. M. Nempe istud. Eamus ad focum. Io. Le-

batic nȝ te ber ē trede. wildi salich wesen. ẟ so doegē

te seg daer niet tegē.

tverdzoet mi te lesen

wy brengē onsen tijt doer.

hebdy daer om so dick getoeft int lesen?

Legã prius hæc Græca, quę præteristi, quando ipse non vis. Heus tantisper mane, periculum facturus num bene & legam & intelligam. Siquidem nunc mihi aliud agenti pristina forsan studia ꝑ bona parte exciderunt. M. Legito, quando ita iubes. I. Theognis:

toeft so lang.

ic heb mijn studerē al veel vergeten.

ὃς δ' ἂν ὑπερβάλλῃ πόσιος μέτρον, οὐκέτ' ἐκεῖνος
τῆς αὐτοῦ γλώσσης καρτερὸς, οὐδὲ νόου,
μυθεῖται δ' ἀπάλαμνα, τὰ νήφουσιν γίνετ' αἰσχρὰ,
αἰδεῖται δ' ἔρδων οὐδὲν, ὅταν μεθύῃ,
τὸ πρὶν ἐὼν σώφρων, τότε νήπιος. ἀλλὰ σὺ ταῦτα
γιγνώσκων, μὴ πῖν' οἶνον ὑπερβολάδην.
ἀλλ' ἢ πρὶν μεθύειν ὑπανίστασο, μή σε βιάσθω
γαστὴρ, ὥστε κακὸν λάτριν ἐφημέριον.
ἄφρονος ἀνδρὸς ἄταν, καὶ σώφρονος οἶνος, ὅταν δὴ
πίνῃ ὑπὲρ μέτρον, κοῦφον ἔθηκε νόον.

Interpretatus es ipse. Alioq mihi fuerat periculũ faciendum qd possem. M. Reddidi sensum vtcũq; versib. paribus: at singulis verbis nõ exacte numeratis ac trãsfusis. I. Legam:

Si mensura tibi non sit seruata bibendi,
Haud memor officij mens erit osq; sui.
Effluet ore tuo, temet quod dedecorabit,
Nec patrare pudet quidlibet ebriolos:
In stultũ euasit sapiens prius. hoc vbi noris,
Cauto opus est, ne plus q̃ decet ipse bibas.
Symposio prius excedas, q̃ vina ruant te,
Ne seruire sibi te gula cogat iners.
Seu sapiens fueris seu stultus, ob ebrietatem
Omnibus ex æquo mens leuitate perit.

Sijt sot sijt vroet veel drans is onsoet.

Si vsquã alibi, certe in octauo versu animaduerto nó annumerata, neq; ad iustam staterã omnia esse appensa verba. M. Recte animaduertis, & scio & fateor. Ex tempore effusum est, quod vides. I. Legam plura. Sophocles:

τί ταῦτ' ἐπαινεῖς; πᾶς γὰρ οἰνωθεὶς ἀνὴρ,
ἥσσων μὲν ὀργῆς ἐστι, τοῦ δὲ νοῦ κενός.
φιλεῖ δὲ πολλὴν γλῶσσαν ἐκχέας μάτην, Sic habuit meũ exemplar: at ego malim legere
φιλεῖ δὲ πολλὴν ἐκχέας γλῶσσαν μάτην,
ἄκων ἀκούειν, οὓς ἑκὼν εἶπεν κακῶν.

Addam & versionem meo iudicio non indignam lectu, quanquã eleues ipse. M. Vel me tacente, scriptura satis loquitur esse syluam, & extemporale totum, quod & ipse legi, & tu modò legis. Stant omnia extra aciem, nullo loco, nulla serie digesta. I. Istud video, attamen non pœnitenda videntur.

ick hebt by eẽ gebrocht god gheeft god gruet.

Sic habet interpretatio:

Quid ista prædicas? Quis est ex ebriis
Qui sit potens mentis, vel iræ temperans?
Qui soluit os infrene vt ebrius, solet
Audire quæ nolit vicissim sobrius.

M. Ohæ, satis est. Eamus cœnatum, & postq̃ satisfecerimus ventriculo, tum demũ si voles aut hoc absoluere pergamus, aut alias Musas reuocemus, & literatis nos fabulis recreem⁹. Io. Promptus es admodum manibus. Tam perniciter istud inuolasti, vt citius steterim exoneratis manibus, quàm senserim. M. Asside ad ignẽ. Prouisendũ est mihi, vbi maneant

ciet te küst bermaken.

gy sijt snel van handẽ.

ant pendentes, quos inuitaui cõuiuas. Nam semel atq; iterũ misso à pedibus, necdum ad uentant. Interea temporis te calefacito. Breuis est via: mox hic adero. Syluulam meam sumpta cœna si voles reddam: ne torqueat, quòd ita raptim extorserim tuis manibus. — telcht v m.

I. Nihil dubito. Cura, quo curato sit opus. — wet dz gi te wen hebt.

¶ Cornelius Corneliades Hornanus, & Iacobus Henrici Nouiomagus. C.

QVO te fers Iacobe tam præmaturè? Quò rursum præcipitas? Quò tã præfestinus ruis? Quò tã præmaturus abis? Quò tibi tam præpropera abitio? Quò tã præceps is? Cur ædem sacram adire præcipitas? Cur tempus ad serotinum diuæ virginis sacrum accedendi prçcipis? Cur non persequeris studium? Cur non pergis inhærere chartis? Cur non perseueras legendis operam dare libris? Quæ mobilitas animi tuis te libris ante tempus auellit? Cur nõ permanes in studio? Cur nõ studendi officio manes? Quid deseris mutos magistros? Quî fit cur interrumpas, cur intermittas studiũ? Quin continuas studiũ? Quidnã à libris auocaris? Quin continenter studes? Cur non permanes in continenti studio? Cur nõ libris assidere pergis? Cur maturius æquò, cur temporius quàm par sit, acceleras gradum ad templum? Nondum enim tempus est sacrum serotinum virgineæ matris adeundi. Præmaturum est, præproperũ est, si iam nũc ædem sacram adeas. Necdum

Margin: waer hene v⁹ vroech? waer loops gi v⁹ rasch? — waerõ blijft gy niet sittẽ studeren? — mẽ sal noch tvrousven lof niet singen.

est tempus ad hymnos serotinos deiparę matris adire. Nondum signo dato ad vesperos hymnos maternæ virgini decantandos vocamur. Necdum est datum signum accedendi templum ad laudes virgineas. Nondum hora vocat, neque dum postulat tempus, vt vespertinis gratulationib. Christiparæ virgini faciendis interesse festines. Non est nisi medium quintæ horæ auditum. Campana non sonuit nisi medium quintæ. Nondum sacri lebetes nisi mediũ quintæ reddiderũt. Nondum templares lebetes nisi dimidiatã quintam locuti sunt. Necdum horoscopa ęra nisi quintæ medium cecinerunt. Horologiũ necdum nisi dimidiatæ quintæ signũ dedit. Vide gnomona, is nõ nisi medium quintę monstrabit. I. Non sum id nescius. At nescis, quo sim functurus munere? C. Quo nam? I. Est mihi verrendũ ludi nostri solum. Nescis me vobis nunc iam esse à scopis? Nescis id esse mearum partium, vt procurem, quò niteat totius domus pauimentum? Nescis, quid sit mei muneris? Opera mihi danda est verrendo pauimento. C. Nesciebam. Dij cœpta secundẽt. I. Ex animo cupio, mea omnia semper prosperẽt superi. Abiit, bene quidẽ precatus, at nihil opitulatus. Maluissem, suam mihi nauasset operã, quàm diuinam modò precatus esset opem. Quid iuuat bene precari, quando quod precaris, ipse pręstare quidem commodè possis, at nolis? Huiusmodi pre-

de clock heeft noch geen vijfsthalf ghe-slagen.

siet de hãt

tis mijn buert de schoel te vagen.

god vorder v sweerck, dat begeer ic hertelijc

precatores non magni facio. Video quid sit, mihi soli danda est hæc opera, nisi ille, qui huc videtur affectare viã nescio quò iturus, operam mutuam det, atque mihi hunc laborem adiuuet. Nisi suam offerat operam vltro, animum eius ipse attentabo, & ad mutuam solicitabo operam, periculum ita facturus quid nomine meo facturus esset, si maior necessitas vrgeret. ick achtse niet veel.

¶ Dominicus Henrici Edamensis & Iacobus Henrici Nouiomagus idem.

D. Quid nauas operæ? quid moliris rei Iacobe? I. Quod vides. Hoc mihi datum est negocij, vt totius domus pauimẽtum nitidum excultumq; reddam, scopis repurgem, quisquilias egerã omnes, & singula suis reddam locis & digeram in ordinem, ne tumultuaria & confusa atque indigesta oculos ingredientium offendant, & nostram ignauiam arguant. D. Ad te rediit ordo istud agendi? Tenent manent vices istæ? Istoccine nunc tuarum est partium? I. Sic aiunt. Ita mihi persuadent. D. Dij igitur incœpta secundent. Adsint superi tuis laboribus. Dent tibi mutuã operam superi. Leuent superi laborẽ istum. Faxint superi ne quid te grauet labor iste. Subueniant laboranti tibi ciues cœlici. Adminiculentur tibi qui cœlum incolunt. Ia. Diuinum ego nunquã indignor auxilium: nunq̃ abdico, nunq̃ repudio adminiculum.

wat maeckt ghy doch?

te buylnis wtdragen, dat ic alle dinck op syn stede schicke.

ist v beurt

God spoet v werck.

hulp en verseg ic niet.

At malim homines nunc ſuas admoliantur manus mecumq; laborent. Malim mihi nũc homines aliquantulam dent operam, quàm qui cœleſtia regna tenent. Videntur mihi longe maiores, nobilioresque ſuperi, quàm quos in hoc piſtrinum vocem. Nimis indigni ſunt ſuperi, quàm qui mihi matulam hic porrigant. Dixit quidam: Non vacat exiguis rebus adeſſe Ioui. Dixero ego, Non decet in nugis ſuperos adhibere quibuſuis. D. Attamen ad quiduis licet implorare Tonantem, Si ſint quæ facias non inimica Deo. Ia. Nouimus: interea affulget nulla auxilij ſpes. Auxiliatricem quæro videre manum. Nulla mihi vota hanc explent nec verba lacunam. Cernere vt eſt, promptis articulis opus eſt.

Soll ick u helpen?

D. Vis igitur te adiuuem? tibi ſim adminiculo? tibi opituler? Vis tibi opem & ſubſidium feram? tibi ſuppetias veniam? tecum iſtam operam nauem? vis tecum iſtud muneris obeam? Si ſciam tibi fore gratum, lubens faxim. Ia. Perquam gratum fuerit. Si

ghy souter mi lief aen doen.

mihi dederis operam tuam, gratiſſimum mihi feceris. Hic ſi mihi opem tuleris, vix credas, quanto me tibi beneficio demerueris. Hic ſi tuam mihi operam nauaueris, nõ vulgari me tibi deuinxeris officio, ſummam apud me gratiam inieris. Quin & ipſe mutuam aliàs tibi quoque operam dabo. Ipſe quoque viciſſim tibi aliàs, quacunque in re voles, auxiliabor. Aut ſi quid vnquam in red-

Ic sal u weder helpen op een ander tijt.

den-

dendis dictatis assequi nequeas ingenio, id tibi lubens enucleabo. Operam dabo vicissim, ne lectionis reddendæ sis vnquam ignarus. Curabo, ne quid in lectione recitanda te fugiat, te lateat, te prætereat vnquam. Si cuiusquam extraordinarij formatoris egeas, me semper facili & benigno vtêris. Si quando lectionis præceptori exhibendæ te quicquam suspensum habet, istud tibi declarabo. Si quid in dictatis reddendis vnquam hæreas, istum tibi scrupulũ eximã. Omnem tibi nodum semper in dictatis exhibendis soluam, omnem tibi obscuritatem aperiam & illustrabo. Si qua te vnquam in dictatis reddendis obscura torqueat sententia, istam tibi vel luce clariorem reddam. Me authore in lectionibus reddendis nihil vnquam herebis, nulla difficultate torqueberis. Quandocunque me voles vti magistro, tam exactè curabo semper teneas dictata quàm tuũ ipsius nomen. D. Nihil æquè malim atque doceri, quæ ignorem. Nullum mihi fuerit gratius donũ. Nullo me beneficio tibi perinde deuinxeris & demerueris. Nullo mihi officio ita gratificeris, atque si me bonis erudias & imbuas doctrinis. Literariæ communicationi nullum equidem vel amplissimũ prætulero donum. Sed citra ambages, ordiamur hanc telam, ne prius vocemur ad Virgineam matrem hymnis celebrandã, q̃ hoc negocij confecerimus. Ia. Rectè mones, non

ic sal weer om insgelijcx in u les helpẽ.

Wat ghy wilt, als ghy u lesnz en cunt, ic salt u seggẽ, onderwijsen.

Sonder lang pratẽ, laet ons dit werc beginnen.

laetē tot op houdē van clappē/dat ons den tijt nz begeeft/ te cort valt

ausus eram pręcipere, nisi prior ipse monuisses. Missas igitur faciamus has verborū ambages. Supersedeamus hisce fabulis, & ad opus tandē accingamur. Auspicemur, ne tempus nos deficiat: ne temporis spacio excludamur: ne tempore destituamur: ne defecti tempore cogamur his infectis abire. D. Placet, vt dixi. Acceleremus nos operi. Eia age rumpamus moras. Hem tibi in me nulla fuorit mora. Nihil equidem moror. En adsum promptis & manibus & pedibus. Tu igitur verrito sodes magnū gymnasium, ego Musæum hoc & procęstriū siue procętona hunc cū cauedio & cęnatione excolā & exornabo. Certemus, si voles, vel oratione dominica ꝑ victore dicenda, quādo nō licet ære, vel alio pignore literario, vter prior sit perfuncturus suo munere, suū absoluturus negociū. Io. Placet cōditio. Accipio conditionē. Viribus excertis opus est manibus quoq; promptis. Occupet extremū scabies. D. Nunc rapidis manibus, nunc promptis viribus vsus.

haest v/ rast v.

wie eerst ge daen heeft.

de lest besceyt sinē nest.

¶ Nicolaus Nicolai fil. Amstelredamus, & Ioannes Spanus.

heeft ghy dus luy/ ledich?

QVid ita desides ociosus, & molli solutus inertia, laxatis studiorū habenis? Quid ita sedes male feriatus? Quid ita supino & inutili contabescis ocio? Quid ita sedes ignauus, iners, discinctus, atq; supinus? Cur animū ab omnib⁹ laxasti studiis? Non est enim remissionis tempus. Quid ita totus animoq;

&

& corpore torpes? Cur ita vacuum studiisq; solutum transmittis omne tempus? nec vel vllam das literis operã, nec lineã ducis? Insolens ita sedes sine librorũ cõmercio, qui nostrum omniũ soles esse studiosissimus, & temporis obseruantissimus. Quid tecũ animo cogitas? quid animo voluis? quas agè iactas pectore curas? quibus cogitationibus agitare? quæ te exercet animi agitatio? Neque enim inutiliter ociari videris. Quibus animi curis teipsum torques? quę mentẽ tuã phãtasmata versant? quæ te suspensum cogitata reddunt? aut quæ phantasmata te stupefaciũt? Sedes quasi attonitus & rigidus. quid imaginaris aïo? desides quasi obstipus, stupidus, & sensib⁹ captus, obtutuq; defixus in vno. Sedes quasi rigido capite, oculis immotis & defixis in idẽ. Quid ita rigidũ cernis & tragicũ, ne semel quidem aliò motis oculis, q̃ quo semel flexeris? Quid ita sedes oculis fixis firmisq;? qd ora tenes obtutu sic defixa? quid ita vnius aspectu stupefactus hæres? lumina cur sic indeflexa tenes, & eidẽ immobilis hęres? qd ita in vno eodemq; pendes? quid ita immobilib⁹ oculis vnũ idemq; semp cõtueris? qd aïo tã arduũ versas, vt oculos ab vno eodemq; ne semel qdẽ deflectas? qd tã graue in mente cogitationeq; tua versatur, vt oculos nusq̃ vagari sinas, sed in idẽ semper fixos teneas? quę cogitatio aĩm tuũ subit? Ehodũ nihil audis? captúsne es aurib⁹? credo mentẽ

hoe/swaerk studeert ghi nz, of scrijft swat.

swat sit ghi doch ĩ dut/ fantazeert.

swat ghe= peys hebdi?

hoe sit ghy dus en steer oocht op eẽ dinck. hoe siet ghi dus suer?

swat bisemetenten/ mimeracie/ hebt ghi in ꝺ hoot?

tuam

hy is mogelick in den derden hemel.

tuã peregrinari in Hiſpaniis. Opinor te aĩo Heſperiã tuã perambulare, aut imaginari aureos mõtes in Arabia. Quid tua mente perſequeris, quòd ita pręſens abes, an q̃d vel apud Hiſpanos, vel apud Antipodas agatur? Heus tu nõ vteris auribus? Tam hebetes ſunt tibi aures? Tam obtuſis, tam ſtupidis es aurib⁹, vt nihil audias? Cur nõ prębes mihi patulas aures? Cur ſurdis & obturatis aduerſum me vteris auribus? Quid commerui ſodes, quòd mihi difficiles atq; ſurdas præbes aures? Io. Hem, quid ais? quid vis? Aliud egi, nec intellexi quid dixeris. Dic oro te denuo. Dic apertius, vix quicquam exaudiſſe mihi videor. N. Apage. Quid verba nihil profutura vacuas diffundam in auras? quid opus eſt verba profundere ventis? Non eſt conſilij inanes edere voces. Non canimus ſurdis eandẽ cantilenam bis. Non eſt bis eadem cantilena ſurdis occinenda. Non eſt operæprecium eandem cantilenam bis repetere nihil exaudituris. I. Dic amabo te denuo. Quid ita obfirmas animum? Iſtam precor obfirmatam exue mentem. Sine te exorem, precibus ſi ſit locus vllus. N. Quando miſerè cupis, dicam. Te rogabam, quidnam tecũ reputares, quid animo volueres, quid cogitabundus ſederes, quò tam vehementer animum tuum intenderes. I. Id nimis longum ſit explicare, non eſt promptum narrare, non eſt facilè dictu. Id ſi totum referam, prius tempore q̃ verbis deſti

waerõ hoor dy niet?

ick dacht wat anders.

wat woll ic veel woort eẽ wofs mans duer ſingẽ.

men ſal den dooũẽ geen dinck twee mael ſeggẽ.

laet v toch verbidden. want ghijt ſo hertelijc begeert, &c.

ic macht v niet int corte verhalẽ.

destituar, prius me tempus quàm verba deficiat, nó fore mihi sat temporis timeo, tempus mihi fore nimis angustum, nimis breue, nimis exiguum, nec sat spaciosum vereor. Timeo mihi tempus auolaturum, abiturum, lapsurum, effluxurum, prætercursurũ citius, quàm istud expediero. Metuo ne mihi tempus effluat, elabatur citius, quàm istud dictis consequar, dicendo absoluero. Dicam tamẽ nonnihil. Scias licet saltem paululum. Est enim memoratu & scitu non indignum. Dignú est ni fallor, quod scias. Sedeo & transactum ætatis meæ tempus in mentem, & ad calculum reuoco, vitamq; meam penè totá exacta lance pensiculo, & ad amussim perpendo, tempora temporib⁹ comparans, annos annis, & acta actis, atq; me in dolorem non leuem coniicio, animum meum nó leui mœrore exulcero atq; conficio. N. Quid ita? Quî fit vt te maceres & dolore affligas? vt tibi metipsi author sis doloris? vt te animi angas, dum acta vitæ tempora cogitatione percurris? Quomodo animum tuum doloribus afficiunt & exhulcerant talia cogitata? Miror equidem, cur cùm tecum acti temporis rationem ineas, animo consterneris, & tristicia frangaris. Ego potius lætor & triumpho, quòd huc ætatis mihi sit ventum. Quando superioris vitæ rationem mente cóplector, & preterita tempora recolo, vix credas quanto gaudio talis recordatio animũ meum tan

Dẽ tijt zou mi eerst begeuen, &c.

Ick mach v wat seggẽ.

Ic ouerdacht mijn out leuen.

van outs en van nieus.

waerõ quelt gy v seluẽ.

dat gy v selnen nau vã geestẽ/swee moedich, &c. slegẽ maect

gat

gat atque titillet. Fui enim annis ſuperiori-bus puer ſæpenumero valetudine parum fir ma, nūc vero gratia Deo, pancraticè & athle ticè valeo. Egi quondam infantem, & me-ipſum ſubinde ventris proluuie, honor auri bus, contaminaui: quin ſi vel in ignem, vel in aquam delapſus fuiſſem, non quiuiſſem mihi met ipſi eſſe adminiculo. Nunc verò iuſtum corporis robur collegi, & ad ætatem adultam virilemque aſpiraui. nunc mihi ro buſtis adoleuit viribus ætas. nunc relictis nucibus, & exuta prætexta, laus ſuperis, viri-lem togam ſumpſi, & in numerum virorum referor: nunc ſum in virorū albo, cùm prius eſſem in puerorum grege. Nonne igitur læ-ter? quid ni ſim igitur animo læto? Ioan. Lo queris, quaſi neſcias, quid diſtent æra lupi-nis. Quod minimi faciendum eſt, id tu maxi mi ducis. Quod anteuertendum ſit omnib9, & prima mentione dignum, id tu vel ſilen-tio præteris, vel omnibus rebus poſthabes. Multo aliter ego ſentio atq; tu. longè mihi mens eſt alia atque tibi. Hic tibi mecum nō conuenit. Nequaq̄ accedo tuæ ſententiæ. Hic non aſſentior, non aſtipulor tibi. Neque verba neq; ſententiæ nobis coëunt. Noſtræ ſententiæ ex diametro ſecum pugnant. Ni. Quî dum? Dic ergo quid tacitus tecum vo-lutaueris animo, quod te torſerit ac crucia-rit. quos curarū fluctus in pectore volueris. quo curarum æſtuaueris ardore. quo fluctus

Ic was een recht pimpelmees. nu ben ick heel op myn dreef.

Nu ben ick fraey eñ ghesont. eñ yser man.

Nu ick een man geworden ben.

ghy spreect nu beter dā oft ghy mal waert. dat het meeste is acht ghy tminste.

ghy wilt al een andr gat wt dan ick wil.

hoe so toch? segt dā wat v int hooft gelegē heeft waer dat

ue-

ueris æstu. quibus cogitationibus animum tuum distrinxeris. quibus curarũ vndis conflictatus & iactatus sis. in quas cogitationes mentem tuam distraxeris. quibus curis cogitationibusque animum tuum agitaueris. qua te torseris & affeceris solicitudine. quibus cogitatis te solicitũ & anxium reddideris. quibus cōmentationibus & agitationibus mentem distinueris. quibus cōtemplationibus te occupaueris. quibus curarum ardoribus flagrauerit animus tuus. quibus animi motibus æstuaueris. quas tristes cogitationes discusseris. quid contemplans animo tecum expenderis. quid tecum in animo consideraueris. quæ animi consulta tecum pensaueris. quid tecum solicita cogitatione pertractaueris. in qua contemplatione defixus fuerit animus tuus. quid mente complexus sis. quid animo cōprehenderis. quid cōmentatus sis animo, quid meditatus. quid animo cogitationeque versaueris. quid ratione animoq; lustraueris. quid tecum reputaueris. in quas curas animũ tuum rapueris, & in quas solicitudines diuiseris. Ioã. Quid mente agitauerim, clarius & apertius, aduerte, docebo. Totius vitæ meæ rationẽ excutiebam, & ab ipsis iam inde incunabulis ætatẽ meam altius repetens, non quemadmodum tu, cogitatione tristi prosequebar. Principio quidem mecum in animo volutabam, quomodo nunc, sumpta virili toga, plus minus vigin

ghy uwen gheest benaut hebt/ u sinnē gequelt hebt/

wat ghi so sorchfuldich/ so nerstich/ so diep sitten speculerē/ peysen/ dēcken hebt/

viginti natus annos, viribus multo sim ma-ioribus, gratia deo, firmioribus, solidioribus, robustioribus & validioribus, quàm cùm essem non nisi annorũ decem (neq; hic discrepamus) & quomodo iam aliquot annos in literaria versatus arena, in literaria palæstra exercitatus, manibus ferulæ subditis, gymnasia Palladia terendo, ludos literarios frequentando, & assiduam literis operã dando, non mediocriter, laus superis, promouerim. Deinde recolebam animo atque pensiculabam, quomodo in primo studiorũ ingressu, cùm primum vltra primas literas paululum progressus, iam 'callere vnum atq; alterũ & nomen suis inclinare atq; inflectere casibus, & verbum modis atq; temporibus variare, visus fuerim mihi vix habere secundum, nulli secundus esse. Visus fuerit vix quisquã inuentu facilis, q me doctrina sua exæquaret. Memini eñ etiamnũ quæ fuerit animi mei puerilis insolentia atq; ineptia. Rursus mente tractabam & percurrebã, quomodo cùm primùm ad Vergilium & Terentium, atque id genus alios authores diurnis nocturnisq; euoluendos studiis appulissem ingenium, auspice magistro, cristas mirum in modum extulerim, putauerimq; & mihi persuaserim vel ipsum Erasmum eruditione aut mihi cedere, aut me non admodũ superare. Et quomodo cùm sub dium & in publicum prodirem, extraq; limen pedes ferrẽ, crediderim, quot-

Ic docht dat ic nu cloecker ben in mijn twintichste, dan ick was in mijn tiende iaer.

Hoe dat ick scoel gegaẽ heb eñ wat gheleert, god danck.

Wen ick mi nen casus leerde.

Dat ick die hoochste vant scoel was.

Hoe dat ick mijn horñẽ begonst op te steken.

Hoe ic plech wt te gaen na tschoel.

quotquot in me oculos fortè coniicerent, ac me intuerentur, eos omnes meam eruditionem admirari, qui tam magnos scilicet versarem libros, quantos viderent sub axilla gestare & circumferre. Cumq; per hæc omnia sic animũ volutarem, menteinq; versarem, satis intelligebam, quòd secundo studiorum meorũ anno maioris & prouectioris fuerim eruditionis, lógius fuerim studio prouectus, maiorem fecerim progressum in studiis, melioris & prouectioris fuerim profectus, magis profecerim & promouerim, quàm anno primo, atq; ita longius promicuerim indies ac prouolarim, donec eò nunc perfectionis prodierim atq; prouectus sim, vt tam in græcis quàm latinis non admodum cuiusquam magistri operam & adminiculum desiderẽ, vtq; nunc, quod dicitur, sine cortice propemodum nare queam, neq; sit mihi admodũ opus aut Polemone quopiam, aut Theseo, aut Delio natatore, aut Oedipo coniectore. Atque hactenus quæ recensui, ridicula magis, & puerilium crepundiorum similiora sunt, quàm magni momenti. Quin & hactenus inter nos bene conuenit. Postremò autem aliò flectebam animum, & mecum perpendebam, qua ratione, & quibus moribus, quibúsve viuendi modis vitam hactenus duxissem, & transegissem: atq; tum demum tristicia non mediocri me ipsum conflictabam. N. Necdum capio quorsum ten

dat alle de lieden my aensagen.
Dat ic sulke groote boeken leerde.

dat ic meer geleert had int tweede iaer.

alle daech meer ende meer. we ic so verre geco mẽ ben dat ic wel bi mi seluen leeren sou.
Dat ic nu mĳ seluẽ wel te helpen sou.

meer kermisspel dã daer wat machts aen leyt.

das, & quæ ſit iuſta cauſſa doloris:cur dolorem animo capias:quid indoleſcas: quid triſteris : quid animo ſis deiecto & doloribus oppleto:quid animo deiiciaris:quid premas altum corde dolorem : quid vultum tuum triſticia cõtrahas : cur tibi caperet frons : cur animi ægritudine corripiaris:quid ſtriata ſis facie. Quis ſterili tua corda ſitu, quis Apolline merſo, Frigida deiectæ produxit nubila menti? Quid frontem corruges nondum intelligo:quid ſupercilia contrahas, quid ſedeas caperata, contracta, & corrugata fronte:quę animi ægritudo vultum tuum obnubilarit: quæ ſit cauſſa frontis tam obductæ. Equidem adhuc ſentio idem, idemque dico, quod ſuprà dixeram. Nõ in aliam nunc ſententiam ſcindor, quàm antea. Necdum cano palinodiam ſuperiorum verborũ. Necdum in diuerſum rapior. Nondum mea me ſententia mutat, ſed eandem cano cantilenam, quam prius: iiſdem adhuc ſto & maneo verbis, quibus modò ſum vſus, nempe magis cõuenire, vt læticia vultum diffundas, quàm triſticia contrahas: vt gaudio frontẽ exporrigas, quàm doloris caligine obnubiles: quòd iſtuc ætatis veneris, & tanto morti vicinior euaſeris, quanto maior natu ſis factus, quàm cùm eſſes non niſi decem annorum. Si enim Germanos & veros agimus Chriſtianos homines, veráque pietate & rectis moribus id reddimus quod audimus, tanto maiori nos gau-

wat v so v slegen van hertten maect.

noch houd ic al mynẽ oudẽ teem

noch blijf ic daer bi.

waerõ dat ghy meer vroeuich dan vrolijck sijt.

willen wij goede Christen menschen sijn.

gaudio delibutos atque perfusos esse decet, quanto prouectioris fuerimus vitę. Cũ sciamus nobis nõ patêre viam in cœlũ, nisi prius corporea hac mole exutis: nobis non patêre aditũ ad superos, nisi prius hisce corporis simus liberati custodiis: nos nõ prius affectan do viã olympo, posse ad superas pertingere sedes, q̃ hisce cõcesserimus ab oris, animasq; & vitam reddiderimus: nos nõ ante ad cœlestem beatitudinẽ aspiraturos, q̃ corpus hoc moribundum exuerimus: nos nõ prius in diuorum referendos numerũ, & inter cœlestes beatasq; animas concenturiandos, q̃ naturæ & fato cõcesserimus: nos nõ prius immortalitatis trabea cõuestiendos, q̃ hac vita defuncti simus: nos non prius syderei senatus latisclauis exornandos, q̃ supremũ diem obiuerimus, & extremũ duxerimus spiritum. *Si igitur* per mortẽ nobis quodãmodo scinditur glacies, & sternitur via, atq; ingressus patefit ad cœlestia regna, cui dubiũ, quin magis gaudendũ sit ei, qui propemodum iam cõtingit limen olympi, quiq; iam secundũ fores mortis decumbit, q̃ qui tã multis adhuc parasangis abest, vt vix quadraginta aut sexaginta annorũ curriculis totum iter emetiatur? Nõ enim qui iam extremas ducit horas, sed potius qui huius vitæ mortalis limẽ iam primũ ingreditur, si modò quisq̃, miser est dicẽdus. Io. Pulcherrime tu quidem philosopharis: at vix credo te animo vereq; id ipsum, quod cre

dat wij ons moget inden hemel comen.

eer dz wij gestozuen zijn.

die noch verre vã daer is.

pas ore,& sentire & optare. Quin ego plurimum gaudeo, quòd tantum vitæ spacium confecerim, quantum memoraui, quodq́ue eò sim proximior morti, quò natu grandior. Sed ob id dolore quatior,& mœrore cieor, atque percellor, quòd non rectam hactenus institerim viam. N. Quam viam? Io. Viam virtutis. Sum quidem nunc eruditior, quàm ante decem annos, sed ne pilo quidem melior, imò peior & corruptior, quàm cùm non nisi quintum, aut sextum, aut septimum agerem annum: quo tempore dormitabat adhuc libido, nunc verò non item. Nihil ferè est in Cicerone, aut Terentio, aut Vergilio, quod non assequar. At virtutis ne minimam quidem partem, imò vix vmbram aliquam assecutus sum. In re literaria videor mihi longè primas vltra literas progressus, & multum promouisse: at in schola bonorum morum & pietatis sum adhuc planè analphabetus, rudis, & abecedarius, qui ne primam quidem lineam duxerim probitatis, ne primum quidem elementum virtutis ad plenum perdidicerim, & reddere atque præstare queam. N. Quodnam est istud elementum? Io. Quod tibi nolis fieri, ne feceris alteri. Scio, gratia superis, latinè sic satis scribere, vt non pœniteat me quantum promouerim, vtque non videar anser, absit laus, strepere inter olores, si quando cum eruditis commentari o-

por

[Margin glosses:]
heef ic daer voer.
den duyuel ruste noch met my.
dat ick niet en verstae.
eē a b c woef. eē beding-naer.
wet eē ans niet/dat gy niet en wil de datmen v dede.
dat ic geen babuyt schijne

porteat. Atqui neque tolerantiam, neque modestiam, neque vllam aliam virtutem vel primoribus labiis degustaui, aut à limine salutaui. Nunc nuper fortè fortuna victus disputando, Dij boni, quanto irarum fluctuabam æstu, quàm tumido destomachabar animo in victorem, nullius memor patientiæ, nullius modestiæ, nullius amicitiæ inter illum & me pristinæ. Pudet meipsum reminisci. Vide quid promouerim. Si tu sis melior, tecum perpende. Aliâs rursus sedebam studio fessus dormitans in mea libraria, non tamen plenè dormiens, vt solet vulpes sub caulibus, quando insidiatur gallinis, vtraque manu bina gerebam pyra, venit mihi intimus atque integerrimus quidam, & insidiatus est vni atque alteri pyro. Simulaui profundum & altum dormire. Aucupatus ille nactusque prędam abiit. Id spectans alius, cui non itidem æquus eram, is mihi similes machinatus est insidias. Cumque propinquaret, statim rupto somno colaphum illi satis violentum infregi, addens dicterium illud: Non omnibus dormio. Flens ille, cùm esset viribus inferior, abiit, & passus iniuriam, & omnium spectantium risu exceptus. Paulò pòst perculsus animi factam iniuriam dolui. Venerat in mentem doctrinæ Platonicæ à Christo nó alienæ, Præstare iniuriam pati quàm facere, adeoque non esse faciendam, vt ne

daer ben ic noch ver af

hoe zwol ic vã toznichz

siet wat ic geuozdert heb.

slupmerẽ by mijn boecken.

ick liet my aengaẽ oft ick swaer sliep.

die ic nz so wel en ver mocht.

men moet prouocato quidem & iniuriam passo, rege-
geē quaet rere liceat. Vide quò virtutis gradum fece-
met quaet rim. Non leui contumelia viderer mihi af-
loonen. fectus, si quis me illatinitatis tentaret ar-
guere: illudque mihi plurimum doleret, si
een goet quis me lapsum fortè lingua (quandoque
schutter bonus dormitat Homerus, quanto procli-
schiet wel uius ego multum absimilis illi?) aut hallu-
mis som cinatum in latino sermone, redargueret, &
tijts. errati cōuinceret. At quotidie vel vicies aut
ende make tricies me repræhendendum merito, & de-
datmen ō ridendum propino, quòd aut sim immode-
my lacht. stus, aut insolens, aut contumax, & rubo a-
verherdet refacto præfractior, aut impatiens, aut ad
als keendis meam rem attentior æquò, alieni negligen
tior: aut dicax, aut maledicus, aut incessens
met mijn quempiam lasciuia mea, aut aliter insultās,
broodrōc= aut alio vitio contaminatus, neque id me
kenschap. admodum vrit. Hæccine igitur iusta dolo-
dspijt mi. ris caussa? N. Mihi videor, quando ad quod
als ick wel destinatus sum, sedulam do literis operam,
studeer dat pulchre & abunde perfunctus meo mune-
ick dan ge re, atque omnibus affatim locupletatus bo
noech doe nis, quæ vel homines, vel dij desiderent in
mijndingē me. Ioan. Apage sis: quid tu deblateras?
wat raest Monstrum hominis quàm insulsa funditat
ghy? verba. Loqueris sine mente. Garris, corni-
desen bijste caris, blateras, vt solent quibus caput est va
ten bent. cuum cerebro. Coaxare magis aut grunni-
de dutten? re videris quàm loqui. Facessant istæc tam
de sulten? absurda verba. Siccine credis, si calcearij &
inde kintse
werlt sijn.

veteramentarij, si vestiarij, si nauicularij & naupegi, si caupones, aut vinarij, aut cereuisiarij, aut panarij, si fabri, aut ferrarij, aut tignarij, aut tegularij, si vascularij & vietores, si halecarij & negociatores quiuis, seu pannarij, seu frumentarij, seu carnarij, seu aromatarij, seu lignarij, seu librarij, seu picarij, seu metallarij: si denique id genus homines quiuis tam ritè suis partibus illis fungantur, vt ne Momus quidem carpere queat, continuò omnibus numeris absolutos esse Christicolas, & perfecta pietate imbutos? Ni. Aliorsum atque ego feceram, accipis verba mea. Ego loquebar de studiis, & eorum officiis, quæ mentem agitent & expoliant, non de iis quæ scilicet corpus vel exerceant, vel exornent, aut quibus nostras amplificemus fortunas, nosque collocupletemus, & amplis possessionibus ditemus.

Datter niemāt eenich lac op weet.

Ghi verstaet mi al anders dan ict meyne.

Ioan. Qui in exteras & longinquas regiones iter instituit, is si sapit, & si rebus suis bene consultum postulat, sibi viaticum paret necesse est, quale scit illic vsui fore. Nicol. Quò nunc se proripit ille? Quorsum ista tendunt tam longè petita? Ioan. Mane dum, audies: Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Musica, Arithmetica, Geometria, Astrologia, Iurisprudentia, Ars Medica, Physica, Metaphysica, & aliæ id genus disciplinæ, quæ mentem exornatam excultamque reddūt, in nullum venient

Waer wilt dit henen? Luystert, ic salt v verclaren.

als wy nv gestorvē sullen zijn. vsum, postquam fato iam functi fuerimus, & inter viuos esse desierimus, atq; relati fuerimus in collegium animorum. Aliud igitur nobis inueniamus oportet, quo illic vtamur viatico, ne destituti cōmeatu necessario, moriamur æternū. N. Omen istud Dij prohibeant. Io. Prohibebunt, si nos nobismetipsis non defuerimus. Nobis datæ sunt manus, quorsum? nisi vt prensemus, quæ præhensu sint vtilia: arceamus aut abigamus, quę salu ti inimica? Dati sunt itidem nobis pedes, in quem finem? nisi vt vtamur, quomodo & quando postulet vsus? N. Respondeam primò ad viaticum, in futuram tempestatem, quæ erit post hanc vitam, comparandum, de quo locutus es. Io. Loquere & respóde, quantum & quamdiu voles. Aueo audire quid in medium allaturus sis. N. Quo mihi sit illic vsus viatico, cóparare statui. Nam vbi hisce minutioribus & leuioribus studiis sat bene defunctus fuero, quod breui confore spero, tum demum ad disciplinarum oīum antistitem atque principem, dico Theologiam, superis adminiculantibus, me transferam, quę cùm sit augustissimæ diuinitatis, rerumque diuinarum & oraculorum Dei scientia perfecta, nimirum cum hac mortali vita nó intercidet, sed in immortalitatis regno, quò viam affectamus, tádem vberiori vena fluet, & perpetua gloria florebit. Io. Quam tu mihi Theologiam narras? eam'ne qua pollét,

Margin notes: wat cnapsack sullen wy daer nemen? daer wil ons Godt voor behoeden. — waer toe? — wat ghi by brengē sult — dan sal ick gaē studerē inder godheyt. — daer wy i na pogen.

q uos

quos vocamos Hebraico more Magistros no stros, aut doctores, latinius verò sacræ Theologiæ professores? N. Istam ipsam. Io. Eam profectò & ipse multis efferendam preconiis, summisque euehendam laudibus, & primo maximoq; studio dignam censeo, eiusq; professores non mediocriter suspiciendos & obseruandos, sed amplis honoribus cumulandos existimo. Sed agè, credis ne Analphabetos, Amusos, atque illiteratos, quique eximiæ istius Theologiæ sint rudes, in diuorũ quoque referendos numerum? aspiraturos ad cœlum, si modo sibi compararint legitimum viaticum illic vsui futurum? N. Quid ni credam? Omnibus credo & eruditis & ineruditis patère viam ad superos, nisi qui sibi ipsis illam præcludant. Omnibus tam doctis quàm indoctis credo beatitudinis & immortalitatis palmam in medio positam, quam sudoribus assequàtur. Cæterũ doctos, eosq; qui suæ doctrinę muneribus & officiis ritè perfuncti sint, puto maiori gloria cõspicuos fore: quemadmodũ nunc nuper cõcionatorem quendam magni nominis deprædicanté audiui. Io. Rectè putas. Verũ credis ne etiá tam doctis q̃ indoctis patère atri ianuã Ditis, si secus viuant q̃ didicerint? Quin putas ne iuxta literatos & illiteratos aliquando vitam ducere cœlo indignam, atq; si ita pergant nequiter & perperá viuere & hanc vitam sic expleant, ob id præcipites ituros

seer te prijsen.

in weerde te houden ẽn te eerẽ.

die niet eẽ a voor eẽ b kennen.

sullẽ sij me hope hebbẽ om inñẽ he mel te comen?

elck ister euen na.

die seer bernaempt is.

also wel geleerdẽ als ongeleerdẽ

ad

in de helle. ad infernas domos, & in extremæ perditio-
daer ōs god voor behoe den wil. nis barathrū, quod Deus prohibeat, demer-
gendos, vnde nulla sit emergendi spes vnq̃.
Ni. Non eam inficias istud fieri posse, quā-
al doode ic mi mz myn eygē swaer den. uis meo met me iugulem gladio. Io. Liquet
igitur, vt fateris, nullam scientiam quamuis
rerum sublimium sine virtutibus nos æthe-
reis sedibus reddere dignos. Neque vel ipsos
Theologorum primicerios, Coryphæos, &
summos, in sola diuinarum rerum cogni-
tione, magis beatos forè, quàm ex infima ho
minum fæce, aut figulos, aut cerdones, aut
fullones, aut pelliones, aut baiulos, aut rhe-
darios actores, aut qui diuitibus sint vel à
pedibus, vel à matulis, vel à scopis, vel à cu-
linis, vel ab expurgandis siue latrinis, siue fo
ricis, aut mediastinos, aut denique alios pin
plōpe/groue gesellē. gui Minerua homines. Sed constat vtrisque
tam literatis quàm illiteratis iuxta opus esse
tis pleyn en claer. & pietate, & vita sanctissimè & honestissi-
mè acta. Studemus enim, & literis operam
nauamus (sicut mihi persuasum habeo) nó
vt diuites euadamus, non vt multa glorio se
ouer al ge= acht eñ ge= eert te zyn. norimus, non vt in precio vbique & hono-
re simus. N. Istud scio. Ioan. Expecta, non-
dum habes omnia, sed vt bene beatéque vi-
godlyck/ eerlic leuē. uamus. Non viuimus vt duntaxat studea-
sotgeleert. mus, & absoluta studendi cyclopædia nobis
continuò perfecti videamur. Nam scientia,
dat eñ goet leuen. vtilissima quidem illa & penè necessaria, ad
constantem probatamque vitam, non nisi

viam

viam monſtrat & fores aperit, idq́ue menti præſtat quod lux oculis. Iam quid profuerit, diſcuſſis tenebris in claro verſari lumine, ſi obthuratis oculis, & quaſi feneſtris animi ſeratis clathratiſq́ue, in præcipitium, aut in lacum ruere malis, quàm rectam inſiſtere viam? Rurſus quid iuuerit, quòd parentes tibi quondam puerulo manſum in os inſeruerint, teq́ue & comedere, & veſtibus vti condocefecerint, ſi nunc malis aut nudus frigore vri, & hybernis rigoribus enecari, quàm veſtibus & parandis & induendis operam dare? aut inedia atque fame exhauriri, tabeſcere, confici, atque perire, tibiq́ue continenti & obſtinato ieiunio mortem conſciſcere accelerareq́ue, quàm latranti ſtomacho rectè conſulere, & ventri inani atque famelico indulgere, quod ſtimulante fame & neceſſitate vrgente poſtulet? Sic & multa quidem ſcire, præclarum quidem eſt, & magno ſtudio affectandum: at nihil boni patrare, prout ſcientia dictet, oberit magis quàm proderit. Nic. Quid ergo ſuades faciamus? Io. Quid aliud, quàm vt ſtudeamus quidem pro virili, & ad ſummam omnium artium arcem Theologiam nos aliquando conferamus, quò proſimus & aliis, at primum & maximè omnium vulneribus & mentis & corporis medeamur? Deinde vt totis neruis in virtutes incumbamus, & præ Deo, mundi omnia quamuis precio-

ſiſſima

van boven neer.

ingekaut.

honger en kommer lijden.

veel te weten/eñ niet nae te leuẽ, ſchaet meer dant baet.

de wonden van lichaē eñ ſiel cureren.

ſiſſima pro nihilo ducamus ac contemnamus? Ad huiuſmodi ſtudia ſumus iamiam properandi,& acribus fingendi ſine fine rotis, ſi modò vaſa electionis (quemadmodum loquitur diuinũ oraculum) exire cupimus. Sed hora nos ad literarium vocat auditoriũ. Tempus monet vt literariis auditionib. nos reddamus. Hæc itaq; intermittamus, aliâs ſi voles, de iiſdem latius acturi. N. Quid ni velim? Nihil eſt, quod æquè velim. Nihil mihi antiquius, nihil charius iſtiuſmodi verbis, quibus me pulchrè docuiſti quid factu ſit optimũ. Sed eamus, noſq; reddamus audiendis lectionibus, vt tempori interſimus literariis acroamatis, ne aut malè audiamus, quòd ſerius nos præſentes exhibuerimus, aut pœnas demus. N. Eamus.

Wi moeten ter leſſen.

breder daer af ſpreken/ ic begeer nz anders.

bỹ de boekẽ

¶ Cornelius & Ioannes Hanicaui fratres, Aſſendelphani. C.

QVis nam ille eſt, quem huc venientẽ proſpicio? quẽ procul huc properantem conſpicor? Non queo illum agnoſcere, nimis adhuc longo locorũ interuallo remotum. Videtur huc ad me moliri iter. Si ſcirem eum vel ſanguine, vel aliqua ſingulari familiaritate me contingere, ſi ſcirem eũ vel conſanguinitate vel alia neceſſitudine mihi familiariter iunctum, ferrẽ illi me obuium. Moleſta ſanè res eſt, quòd tam hebes ſit oculorum acies, vt parum proſpiciamus, neque viſu contingamus, quæ paululum modò abſint.

Wie is toch dit, die hier compt?

dat ic niet ſcerp vã geſicht en ben

sint. Vel omnibus diuitiis meis mercer tantam oculorũ aciem, quanta pollet vel Aquila, vel serpẽs Epidaurius, aut quanta voluisse dicitur Lynceus, & tantam aurium præstantiam atque dexteritatem, vt quicquid à tribus vel potius trecentis passium milibus vel in aurem alicui diceretur, id clarè inaudirem & probè intelligerem. Sed quid foribus resisto? Ingrediar potius. Si me quæritat, quisquis est, scit, credo, vbi habitem, me domi inueniet. Non possum tamẽ mihi temperare, quin spectem per fenestram conniuentẽ, & per rimulam aliquam obseruẽ, quò destinarit iter, an huc cursum suum flexurus sit, an aliò directurus. Profectò nunc tandẽ agnosco. Meusmet ipsius est germanus frater. Id mea mens, nescio quomodo, augurabatur & præsagiebat, esse quempiam qui me contingeret. Ehem saluum te aduenire gaudeo frater. Quo loco res tuæ sunt? I. Perbono. C. Quæ verò necessitas impulit, vt nunc te in pedes cõiiceres hoc tempore occupatissimo? cùm tibi nunc laboris incumbat quanto vix superesse queas, imò quanto vix sufficias & par sis, etiamsi multorum corporum & centimanus sis. Iam enim messis instat. Fœnisicium, ni fallor, iamdudum adest, & fœni iam magna pars, vt cõiicio, soli exposita inaruit, & ferè in cumulos suos redacta est in fœnilibus. Robus, quem, ni fallor, vulgò siliginẽ appellamus, triticum, hordeumq;, auena, fabæ &

toe luysteren inde oor.

oft hi hier oft elders wil.

myn eygen vleeschelic broeder.

ic dochtet wel.

hoe staettet met v al?

den oost is hier op hãt

& pisa maturescunt, & iamiam demetẽtur, & in horrea inportabuntur, ac deinde tribu lariis flagellis excussa, & euentilata, euannataq; ac repurgata paleis, in cumeras aut granaria condentur, aut venum in nundinis dabuntur. I. Quid huc vẽtitauerim, paucis, aduerte, docebo. C. Non est hic cõmodus narrãdi locus. Introgrediamur, & prius edamus, bibamus, atq; animis obsequamur. Vbi satis factum fuerit latranti stomacho, vbi sat indultum fuerit ventriculo, commodior erit confabulatio. Quid opus festinato? Pòst abundè superesrit tẽporis ad ea quæ habes narranda. I. Imò satius, consultius, melius, magisq; ex vsu vtriusque nostro futurum videtur, vt ante omnia referam, qua me gratia cõtulerim huc, quàm ventri inseruiã. C. Istud me lubente nõ facies. Hodie nihil, quod graue sit, audire postulo: nullis rebus arduis aures præbere volo, neque seriis audiendis me dabo: sed quod reliquum est diei, id lætitiæ, conuiuio, animorumq; remissioni atq; refocillationi datum cupio. Vnum & alterũ nobis in cœnam ascitum curabo amicũ & festiuum cõgerronẽ, qui nobiscum vnà & cõuiuando genioq; indulgendo & fabulando animos relaxent & recreẽt. Alioqui vbi nos deficeret fabulandi materia, vbi cõuiualibus vltro citroq; habendis sermonibus destituere mur, & exhausti essemus, vbi confabulandi atq; cõmentandi nõ suppeteret argumentũ, vbi

gedorst eñ gewannen.
ter merckt brengen.
ic salt v seggẽ kortelijc
twil hier nz geseyt zijn.
wat herts maken.
wij sullen tijts ghenoch hebbẽ
tsal ons meer batẽ.
ten last my nz te horen
wij souden de praet/de clappige nz gaende houden mogen

vbi in fabulando frigeremus, piſcium & ranarum inſtar Seriphianarũ, aut more Pythagoręorũ ſederemus taciturni & muti, Harpocratem reddentes, vt facere vulgo perhibentur, qui funebres excubias agunt, q ad funus & in luctu excubant. Quicquid habẽs ardui & ſerij, differamus iſtud in craſtinum manè, quando ieiuno adhuc vẽtre, & ſtomacho nullis ciborũ oneribus preſſo atq; ſaburrato, vegetius ingeniũ in pectore viuidiore vigebit, virebitq; integrioribus & viribus & ſenſibus q̃ tempore pomeridiano, quando ciborũ & potuum ſaburra, non modò ventrem ſed & mentẽ grauat. Nam pinguis venter non gignit tenuem mentẽ. Sin nunc omnia, quorũ gratia pedẽ huc tuliſti, expedires, in craſtinũ manè, ſat ſcio, fugam meditareris, atq; abitũ molireris. Quod per me vix in perendinũ diẽ licebit, ne videare nõ gratus veniſſe, neq; obuiis exceptus vlnis, qui, vt canis è Nilo bibiturus, vix à limine ſalutato fratre, eueſtigio iterum auolares. Heus ancilla, inſtrue menſam, & appone aliquid, quod delibemus antecœnij. Cæterum in veſperũ fac benè lautã & ſplendidam appares cœnam. Nunc nõ niſi ſemihorã accumbemus, & merendã deguſtabimus, deinde ꝓdeambulabimus animi gratia, & ſtomachi acuendi cauſa. I. Rogo frater iſtis parce laboribus, abſtine moleſtiis iſtis. Equidẽ nõ conſueui merendã ſumere. Non ſum aſſuetus antecœniis, vt neq; pocœniis.

Wy ſouden ſittẽ ſtil gelijc oft wi ſtom waren.

Hebdy ſwat zwaer heyts, houdt dat tot morgẽ.

als gy noch nuchteren eñ tóſtant noch cloeck onuerlaſt ſal zijn.

veel braſſens maect geẽ ſubtijlheyt des ṽ ſtants.

als om een koel viers.

de tafel bereyden

achternoẽ eten.

om een appetijtken te halen.

Sic

Sic me consuefeci, vt neque antemeridianis neque pomeridianis fungar epulis. Quin inambulemus primùm aliquantisper in pomario tuo, domumque tuam peruagemur rursum prorsum, sursum deorsum, & perlustremus singula. Nouis ędificiis mirũ in modum gaudeo & delector videndis. C. Nondum ex ædificata est domus. I. Quid refert? Saltẽ videbo dispositionis artificium. Deinde perlustratis omnibus, prodeambulandi gratia foras nos referamus. Sic enim, vt melius cœnemus, obsonabimus famem. Nam optimum condimentũ fames. C. Stat facere quicquid iubes. I. Præterea si mihi gratum facere voles, vide ne in cœnã nimium obsoneris. Nam modicis sumptibus & ipse magis gaudeo, & res familiaris frugalius ac melius agetur, auspicatius & pleniori cornu locupletabitur, melioribus auibus atq; felicius cõstabilietur. Magnũ vectigal parsimonia. C. Satis superq; videbor rem meam cõstabilisse, si quid fratri vnico gratificari quiuero. Cæterũ præito in subdiale ambulacrũ per posticã, ego loquar famulæ meæ nonnihil, atq; mox consequar. I. Eo præ, sequitor. C. Sequar q̃primum.

laet ons op ende neer, gins ende weer wan delen.

het huys is noch niet volmaect.

wi sullẽ eẽ appetytkẽ vergaren.

wildi my lief doen, maect geẽ groote cost tauont.

matelijc leuẽ doet wel huysraet houden.

inde buyte wandelplaets.

¶ Ioannes Timanni Goieranus Amstelredamus, & Nicolaus Hieronymi Middellianus. I.

QVam rem tecũ agitas, ô bone? N. Quã vides. I. Video te calendarium versare manibus, te diarium voluere atq; reuoluere. Video

wat doet ghy als dat ghy v almanack versiet.

Video te ephemerida contrectare manibus, te percurrere fastus, eosq; rursum prorsum oculis peruolitare. N. Sic est. L. Miror quam tecum rationem ineas, quarum rerum subducas calculum. Quid age computas? quantum vitæ spacium emensus sis, an quantum adhuc emensurus? quot annos viuendo exegeris, an quot adhuc exacturus? quantū temporis vita hac functus sis, an quantū adhuc functurus? N. Ludis & iocos agitas. Quo pacto subductione vlla queam istud hinc conficere atque colligere? Sed has rationes mecum confero, hoc subduco, & ad calculum voco, quot dies hinc absint encæniorum feriæ. Cras agendos velim illos dies: tum demum feriaremur à studiis, neq; danda esset opera literis, neque ludus literarius esset nobis adeundus, nec frequentandus. Io. Quod amant homines, sibi somnia fingunt. Ego vellim decem adhuc dies abesse ferias istas. Atque eo sum te ditior, quod voti mei sim compos, tu vero tui non item: quod optatis ego quidem meis, tu vero nō potiare tuis: quod cupidini satisfactum sit meæ, non tuæ: quod ego non inani cupidine, tu vero duceris sterili & vana. Ni. Semper me ludos & delicias facis. Io. Tu temetipsum vt scias ô bone ludificaris, tibique imponis & das verba, quod semper remissionis quidem tempora somnias, eaq; longo desiderio expectas: raro autē, quando tempus diligentiam postulat,

hoe lang by gy noch leuen sulty

hoe soud ic dat cunnē rekenen?

hoe veel dagen datter noch vā kermis sijn.

niet leerē of scoel gaen.

Dz eē mēsch lief heeft, daer droomet hy des snachs af.

Dz minē wil is geschiet ende uwe niet.

Ghy mont spreect dat thert niet en meynt met h.

gi slancter altijt na.

literis inuigilas, quasi ludendi duntaxat gratia nō studendi in ludum sis literarium datus. Et quod grauius est, optas adesse ferias dedicati templi, duntaxat animi laxandi, & à literis feriandi, nō autem diuinis rebus operæ dandæ gratia. I si voles igitur, & vel ætatem, vel ad satietatē ludito. Ego meis me reddam mutis magistris, & cuius gratia huc destinatus sum, sedulam literis operam dabo, quæramq; mihi studiosiores cōtubernales, quibuscum rem habeam, & familiaritatem agam. N. Vade quò voles, non moror tuam insolentiā. Videris tibi valde studiosus & valde doctus, meq; contemnis præ te, qui tuus est tumor, tuaq; animi elatio. Mihi verò videor eruditione tibi non longè cedere. Si velim, habeā abunde quod tibi respōdeam. Sed nolo tibi patruus esse, nec feram vt tu sis mihi. Valeant qui inter nos dissidiū volunt.

blenẽ lanc tot dat ghi moe sijt/ v buyc vol.

je bẽ bless so geleert als ghy. ick wil v doecht uz sijn.

¶ Gerbrandus Cornelij, & Petrus Francisci Olearius Amstelredamenses ambo. G.

QVid istic habes noui libri? P. Intuere, inspice, conspicare, conspice, contemplare, oculis lustrato, vide si voles & noris. G. Licet cōtingere & attrectare? Attingam licet? P. Quid ni? G. Quid scio? Forte limatior, politior, venustior, comptior, & splendidior est, quàm quē velis cōtrectari manibus, vt tibi compararis ad bibliothecā duntaxat exornandam decorandamq; & ad venustatē,

e moet ick wel aen tasten

tis moge ijc moyer dan/ ec.

vt

vt ad solum decorem & ornatum asseruare cupias. P. Non ita insaniam, vt comptis, excultis atq; pulchris gaudeam quidem & glorier libris, quibus nō vtar. Longe mihi videtur pulchrius ac melius, vt libros habeā multo studio & multa lectione, tractatione, versationeq; tritos, & manuum attractatu obductos nigrore & contaminatos, & circumquaq; à fronte pariter atq; à tergo, à capite & calce, scholiis & annotatiunculis perscriptos, quàm qui in Musæo stent conspicui, & niteant atq; splendescāt, lutheo aut alio tincti & imbuti colore, neq; in vllum veniant vsum, nisi vt oculos modò pascant, & ociosi cum tineis cū blattis dimicent. En tibi, perlustra & perspice circū circa: euolue & contrecta codicē, quanuis seu nouum, seu nouo & interpolo tectorio mangonizatū, tuo arbitratu, pro tuo arbitrio. Amicorū cōmunia oīa. G. Hem vide, obsecro, quid ridiculi nobis in fronte depinxerūt chalcographi. Hic vir viro propemodum quasi eques insidet equo. Quidnam hoc sibi vult? Quin & is qui alterius residet humero, manibus nescio quorsum gestet scipionem. P. Hoc si nescis, temetipsum arguis nó multæ lectionis. G. Age dic quid sit. P. Numero dicam, quando postulas. G. Amabo te, dic latius & crassius, vt plenè intelligam. P. Aiunt aliquando mendicos duos cæcum & claudum mutuam inter sese locasse & conduxisse operam,

dat ic daer wel neerstich in leer

dat ire wel besighe eñ bescrijue achter eñ voer/aē al len cantē.

wel ist ooch staē/eñ vā de motten op gegetē worden.

men sluyt geen broot voor vrindē

wat mallichs heeft de printer hier ghestelt.

wat duytscelijcker.

dat zij mal cand haer hāt bleent hebben.

ut qua parte alter alterius egeret opis, iuua retur,& qua prodesse posset, vicissim respon deret officio,& alteri opem ferret. Itaq; clau dum cæci humeris insidentē visu suo pedes alterius direxisse, à quibus gestabatur. Porro cæcū alterius vsum oculis, quē compensato labore portabat. Hoc paradigmate signifi cabant mutuas & nobis operas tradendas, & manum manu lauandā. Nam cùm alius alij adminiculo sumus, tum demū res humanæ secūdo flumine ventoq; feruntur, & omnia nobis auspicato, bonis auibus & feliciter suc cedunt: Sin secus fiat, aduersa fuerint oīa & inauspicata. De qua re extat Græcū distichō

De cruepele den blinden de wech wijst.

Dat wij malcandē behooren by te staen.

Dattet ons dan al wel gaet/ voor de wint.

Τυφλὸς ἄπους' ἤτην ἀλλήλοιϊν θεράποντες.
Τυφλὸς ὁδηγεῖτο. νωτοφορεῖτο δ' ἄπους.

Quod sic vertimus:

Claudus erat cæco depactus mutuam opellam,
Quem tulit hic humeris, lumine monstrat iter.

De cruepele sou den blinden leyen/
Die op tscouw sadt wees dē wech hun beyē.

Quin & aliter vertimus, si iuuat & libet au dire. G. Nihil æquè. P.

Conuenit cæcus cum claudo, vt suppleat alter
Defectum alterius, luminum hic, ille pedum.

Transtulit & ipse D. Thomas Morus, vir no stra ætate literarū pariter & veritatis ac pi etatis cultor cum primis eximius:

In onsen tijden/ in ons leuē eē goet geleert mā.

Cæcus claudipedem gestat, prudenter vterque
Rem gerit, atque oculos hic locat, ille pedes.

Idem aliter:

Cum

Cum claudo cæcus sic lege paciscitur æqua,
Hic ferat illum humeris, hunc regat ille oculis.

Idem aliter, & latius:

Vtilius nihil esse potest, quàm fidus amicus,
Qui tua damna suo leniat officio.
Fœdera contraxêre simul, mendicus vterque,
Cum claudo solidæ cæcus amicitiæ:
Claudo cæcus ait, collo gestabere nostro,
Rettulit hic, oculis cæce regêre meis.
Alta superborum fugitat penetralia regum,
Inque casa concors paupere regnat amor.

Ita natura comparatũ est, vt nemo sit, quantumuis vel prædiues, vel honoribus præpotens, qui nõ alienæ opis indigeat. Imò sic naturam humanam consentaneum est, multis partibus alieni præsidij subsidijve indigam debuisse creari, quò maior esset officiorũ vicissitudo, & conciliandæ charitatis mutuæ promptior & certior materia. G. Papæ, ex musca videris, quemadmodũ re ipsa compe rio, posse, quod dicitur, elephantum facere: quod ex tam leuicula re, & in speciẽ minuta atque deridicula, quasi ex Sileno Alcibiadis, tam pulchrã scientiæ admonitionẽ deriuare, atq; conficere noris. Quare dic, amabo, mihi quid & hoc sibi velit. In calce libri mei depictus est vir quidã nudus (nisi fœmina sit forsan, id quod non satis dignosco) volubili rotæ pennatis insistens pedibus, quasi vertigine q̃ citatissima semet in orbẽ circumagens, priori capitis parte capillis hirsuta, posterio-

so heeftet de natuer geboetht: elck moet van dẽ anderẽ leven.

gi maect vã eẽ beest een wõderslach.

vã eẽ strõt, met oorlof/ eẽ geheelen dach predicken. vã een beslim wilt een heel sermoon doẽ.

om eñ om drayende. voer ruych achter cael.

ri glabra, & caluicio deformi, vt os nasum & oculos parum agnoscas. Hoc mihi planè stultum & friuolum videtur, nec hinc credo te posse vllam sapientię imaginē aut vmbram ducere. P. Parum, ô bone, versatus es in bonis literis. Istud simulachrū non heri aut nū diustertius effictū est, nec ex ouino cerebro, ex Bœotico ingenio, ex Abderitana mentè profectū est, sed iā inde ab ipsis propemodū seculis Aborigenū extitit dictū, plus minus quatuor annorū milia: antiquius Codro est, Crono & Titanibus. Si scire postulas, est effigies Occasionis seu Oportunitatis, quē καιρὸν Græci appellitant. G. Hinc fortè est cur non agnoscatur sexus, quòd latini fœmellā, gręci marem faciant. P. Non inepta duceris coniectura. Verùm sit mas, sit fœmina, sit Androgynus, quem vocant Hermophroditū, sit Vdeterophylus, quid refert nostra? G. Bene mones. Perge philosophari. P. Occasionem prisci mortales seduli veritatis exquisitores finxerunt alatis pedibus versatili insistentē rotæ, vt significarent temporis & oportunitatis perniciter auolantis habendam rationem, & occasionem vrgendam, vbi semel data sit. Quòd autem præpostere frontē pinxerunt comatam, crinitam, & multa cæsarie conuestitam, ponè verò caluum & crinibus nudum occiput, significarunt in tempore arripiendam occasionem, & non oscitanter prætereundum. Nam vbi synciput & fron

Marginal notes: dat lueren zijn ende pzuetel-merct. | Sot eñ verc kes hooft. | tis ouð dā v groot va der. | half man half wijf. | op de snel lichelt des tijts passen | veel lanck haer heeft. | de tijt niet bachtsaem lijck laten lyen.

frontem auerterit, atque præterierit, tum demum frustra à tergo prenses, quippe nudam retro & glabram, neque prehensu facilem. Qua de re, nescio quis, hunc versiculum, qui vulgo iactatur, modulatus est: Fronte capillata est, post hæc Occasio calua. Gerb. Istum versum & ipse aliquando audire memini, cæterum hactenus non intellexi. P. Vis tibi hanc rem paulò faciam planiorem, dilucidiorem atque apertiorem? G. Peruolo atque percupio. Pe. Audi igitur carmen Erasmi ex Græco quodam translatum. G. Quid audisse iuuabit? Sum equidem tam labili, fluxa, futili, plenaque rimarum memoria, vt tantum non quicquid hac imbiberim aure, id ista statim effluat atque excidat, nisi & literis mandem, & crebra repetitione ruminem, inculcem, & animo insculpam, quod hauserim. Da igitur potius, vnde describam istud, aut si mauis, ipse mihi dictato, ego excipiam calamo veloci & promptis articulis. Alioqui frustra audiero, citius elapsurum, quàm ipse dicendi finem feceris. P. Istud postea succisiuo tempore faciato, nunc audias modò, non omninò frustra præbiturus aures, vt ipse pòst senties. Ger. Recita. P. Fingitur, vt scias, singula quæque sciscitari quispiã, & ipsa Occasio respõdere. Rogata igitur primũm quæ nam sit (nam duos primos versus prætereo breuitatis causa) respondet in hunc modum:

dan mogē wy daer nz aenraken.

breeder der duytschen.

Ōgetelachtich/ niet goet van memorie.

leestet my voer/dz ic dat scrÿuē mach.

Cuncta domans equidem sum Occasio. Cur age pinnis
Insistis? voluorque ac rotor assidue.
Cur gemina in pedibus gestas talaria? dicam,
Huc illuc volucrem me leuis aura rapit.
Tecta capillitio facies, quidnam admonet? illud,
Quisque vti me, quoties offeror, arripiat.
Cur autem capitis pars posticaria caluet?
Quem semel alatis prӕterij pedibus,
Is quanquam volet inde cito me prendere cursu,
Non poterit, simul ac vertero terga viro.

Quin audi & ipsum Hesiodum, poëtam adeò vetustum, vt ante Euandri matrem fuisse crediderim, super eadem re sic canentem, interprete eodem Erasmo, Obseruato modum, nam rebus in omnibus illud Optimū erit, si quis tempus spectauerit aptū. Nunc iam age verò quid ais? StulKum me & ridiculum paruique momenti est, ex quo nobis tanta vtilitas, si modo aduertamus, effloreſcit? G. Videtur sanè non nullius esse ponderis. P. Quid nō nullius? Non rectè capis. Imò plurimi. Oportunitas enim honesta inhonestū, damno lucrum, voluptatem molestia, beneficiū mutat maleficio, & contrà, vt semel dicam, omnium rerum naturam peruertit. In adeundo conficiendoque negocio plurimum & prӕcipuum habet momentum. G. Ain' tu? P. Sic est. G. Qui istud plenius intelligam, quod dicis? P. Vis tibi commonstrem ex lucro damnum fieri, non obseruata oportunitate? G. Equidem volo, modo ve-

hecftuet nz te bedupdē! tschijnt al Swat te zijn.

sonder bequaemichz des tijts.

velis ipse. P. Non loquamur de agricultura, in qua si non tempori semina terrę mandes, actum agas & frustra semines, atque perinde facias atque si littus ares, in aqua sementem facias, arenę semina credas, cribro aquã haurias, & quasi in mari veneris, aut in aëre pisceris. Neque agamus de mercatura, in qua qui ignoret cõmoda emendi & distrahendi tempora, sinistro Mercurio negocietur, nec dextro Hercule rem faciat. Sed commentemur & disseramus de rebus ad animum spectantibus, ad quem excolendum nos sumus accommodati. G. Vt vis, & ipse volo. Tuæ sententiæ suffragor. Tuæ voluntati neq; hic neque vsquam refragabor & aduersabor. Tibi accedam quicquid voles. P. Primùm igitur hoc abs te sciscitor, num credas esse quosdam commoditatis articulos, quos si noris & obserues, auspicato & dextris Musis studeas: sin ignores & præterlabi sinas, inuita Minerua & aduersa Apolline, ac refragrante ingenio literis operam naues? G. Non satis assequor, quid roges. Amabo te, denuo planius & rudius sciscitare. P. Compendio dicã & paucis. Putás ne aliud alio ad ocium literarium aptius & accõmodatius esse tempus? an credis quęlibet tempora Musis æquè amica atq; dextra? G. Parum scio, quid putem aut respondeam. Si per tempus liceret, aliquantisper mecum animo voluere, & diutinsculá meditatione responsionẽ excudere, forte

Het al te doen verloren arbeyt.

te coopen en vercoopen sonder gewin.

daer wy nu toe geschict genoech en zijn.

ic hout met v/dat seg ic mede.

geluckelic, alst verstãt niet mede wil.

duytselijcker.

dat alle tijden bequaem zijn.

mocht ick daer wat op dincken.

forte superis adminiculantibus inuenirem quid responderem. Nunc quid responsu & auditu dignū nō præmeditatus dicam, cùm mihi non sit ingenium ita in numerato, in promptu, & extemporale, atque tibi, quem sine assentatione extra omnem ingenij aleæ positum & aliorum relatu didici, & ipsa re non semel comperi? P. Haud equidem tali me dignor honore. G. Loquor ex animo quod sentio. Dic potius ipse, quod rogas, obsecro, ne tempus frustra conteramus, & cōmodis cōfabulandi spaciis excludamur. P. Age, quando ita iubes, dicam. Vtrū tibi gratius & oportunius studio videtur, noctis intempestæ somno cadentibus oculis, an diei tempus? vespertinum seu pomeridianum saburrato ventre, an ieiunio adhuc stomacho antelucanum vel antemeridianum? hybernum, quādo seuiente gelicidio & rigentibus membris vix esse queas à splendido foco semotus, an vernum seu æstiuū? deniq; senileq; quādo senecto & defecto corpore, viribusq; animi tabescentibus & effœtis vesperauerit ætas, an iuuenile vigentibus atq; florentibus adhuc ossibus? G. In promptu respōsio est, quando tam aperta & distincta interrogatione vteris, nempe hęc illis videri magis secunda & cōmoda studiis. P. Quid igitur, si & iuuenta & virili ætate pręterlapsa, senio iam ingrauescente, tū demū studere incipias? G. Inauspicatū istud fuerit. P. Vides igitur luce cla-

Sot mijn hooft.

Ick en acht mi seluē so waerdich niet.

Den tijt ont gaet ons.

als dē buyc swel gebal-last is.

als t'vrieſt.

alst herſtāt swech gaet,

als dē oudē mā compt.

ghi siet nv wel voor v oogen.

clarius, q̄ sit vtile, q̄ fructuosum, quantũ ope
reprecium, studendi occasionem semel natã
vrgere, & non pati præterire: contrà q̄ inuti
le, otiũ literarũ, cui datus es, nunc florentib⁹
annis postponere lusibus, & in maiorẽ seu
virilem, aut quod inauspicatius est, in senilẽ
ætatem quasi in hyperberetæa vsq; cõperen dinare, & tũ demũ post Panathenęa, post Py thia, & post festum, quod dicitur, venire. G.
Profectò nisi nũc videam, in sole caligem, & exorto meridie, accensáq; lucerna planè cæ cutiá. P. Iam si tanti vitrũ, quanti margaritũ?
G. Quid istud est prouerbij? P. Non intelli gis? G. Qui intelligam? Gerbrandus sum nõ
Oedipus. explica allegoriam. aperi ænigma. Nam mihi videtur ænigmaticũ, quod loque ris. P. Enucleabo, enodabo: purgatis da mihi operã aurib⁹. G. Istud ago. P. Si tantũ est vel
cõpendij vel dispendij leuiorib⁹ in rebus mi norisq; momẽti propter occasionẽ vel obser uatá & tempori arreptá vel neglectá & igna uiter missam factam, quãto plus vel damni vel emolumẽti erit in rebus grauioribus, ma iorisq; ponderis & melioribus? G. Quid? po test quicq̄ esse melius & grauius eruditione?
P. Procul dubio potest, & est. G. Quid nã? P.
Virtus oĩbus rebus anteit, atq; ipsi adeò sci entiæ cuiuis q̄libet excellentissimę. G. Quid ais? P. Quod res est. G. Qui credã istud? P.
Vis dicã? G. Nisi velim, nõ interrogem? Mi sere cupio scire. P. Antè scias oportet quid
sit

allstassteer gegeue is.

ick sou den sol flachtẽ.

ic geeft dẽ rayers op.

hoort nau toe.

is dat int cleyn/wat salt int groot sijn?

beter en heerlicker.

niet door ducecht.

Wildict niet ic en draecht niet.

sit eruditio, vel eruditum esse, & quid virtus vel virtute prӕditum esse, quàm alterũ cum altero cõponere & comparare queas. Nam cõparatio est diuersorũ, quorum singula noris, inter se collatio. Scis quid sit eruditio? & quid eruditum esse? G. Vtcunq; videor mihi scire. Prӕstat tamen vt ipse dicas, qui me plenius & melius nosti. P. Dicam, sed crassa Minerua. G. Quò crassius & rudius, eò mihi accommodatius, apertius, & vtilius dixeris. Ita similes habebunt labra lactucas. P. Istud si dicerem ego, ferres indignè, teq; putares grauibus conuitiis petitum. G. Non facerem, ô lepidum caput. Quid, vidisti vnquã me stomachatum in te, aut tibi infensum? P. Sed valeant quӕ nihil ad rem, nihil ad versum, nihil ad Bacchum. Veniamus ad institutũ. G. Amabò faciamus ita. P. Scientia seu eruditio est cognitio veri assentiendi, & falsi dissentiendi, recteq; tum dicendi, cum quod bonum est agendi, quodq; malum, fugiendi. Eruditũ esse, est scire quid cui assentiaris, quid non, quid, quomodo, & quando dicas, atque quomodo vel bonum prosequare, & agas, vel malum abeminêre & fugias. G. Pulchra & luculenta descriptio. At si tam latis se pomœriis propagat & extẽdit eruditio, quàm modo dixisti, nõ sunt omnes eruditi, quos putamus. P. Extra dubium non omnes. Non omnes docti, qui doctrina celebrati. Nec qui fert citharam, mox citharœdus erit. Sed quid cense-

Marginal notes:
- ic salt v beswijsen met vingerẽ mȝ duymen.
- elck potken heeft zijn decsel.
- seyd ict ghi souder v belghen.
- o mijn beste maetken.
- een claer bewijs.
- estreet ghe/ leerthept so ver. &c.
- ten zijn al geẽ kocks die lange mes- sen dragen.

femus? quid æstimamus alios? Nostris pedibus nosmet metiamur ipsos, alij se suis quoque pedibus, si velint, metiantur. Quisq; suū quod in tergo est, videat manticæ. Nos nostra cædamus vineta: & profiteamur, quod res est, nos non esse eruditos. G. Istud meridiana luce clarius est. P. Sed ad rem. Vt scias iam nobis scientiā in genere non suis exactè coloribus depinximus, sed vtcunq; adumbrauimus, quā cyclopædiam vocamus, non particulatim grammaticam, rhetoricam, aut aliam quālibet. G. Istud ita intellexi. P. Nunc quid sit virtus, non exquisitissimè quidē, sed pingui quoque Minerua deliniemus, vt ita tandem patescat, vtrum vtri melius, doctum esse, an virtute præditum. G. Amabò fac ita. P. Virtus est malorum efficax fuga, & bonorum diligens prosecutio, vitæq; honestæ ac beatæ effectrix & moderatrix. Virtute præditum esse, est bene beateq; viuere, sicut recta ratio dictat viuendum, & diuina lex præscribit ac postulat. Quid? assentiris ne? G. Omnibus modis. P. Opinor igitur, vtraq; parte cognita, vtrum vtri sit anteferendum, nunc iam intelligis. G. Non satis adhuc. P. Faciam, intelligas plenius. G. Omnibus votis expeto, facias. P. Age verò, vtrum videtur melius, vtrum exoptabilius: scire modò rationem, diuitias abundè parandi, commodè & fideliter seruandi, ac ritè expendendi, an affatim iam parare, legitimè seruare, & libe-

ra-

laet soō ons eygē hoefkē swieden.

tis so claer als den lichten dach.

hoe veel dat hy moet sweten die soo mogē sotgeleert zijn.

met pollepelen in den mōt steken.

eerlijck en godlijc levē.

dat begeer ick seer.

hoe mē goet crijgen sal.

raliter expendere? Nam qua ratione sit opibus accumulandis inhiandũ, & opera danda, & quo modo partis sit vtendũ, norunt quidem multi, quibus tamẽ diuitiæ vel non suppetunt vllæ, vel si affluunt, in iniustum aut profusum vtuntur vsum, vel sordidè possidentur, aut comparantur & corraduntur iniustè. Nonne malis igitur locupletem esse, & affluere opibus, atq; ampla possidere latifundia, q̃ duntaxat scire qdem quomodo quærenda sint, at inopia premi & Telenico pauperiorem esse? G. Perspicuum est vel cæco, vtrum vtri sit anteuertendum. P. Similiter nonne multo melius, multo beatius est, interesse iam nunc conuiuiis cœlestibus & immortalitate frui, q̃ duntaxat nosse viam, qua sit aspirandũ eò? Nam multi norunt qdem, aliosq; docent rectam bene beateq; viuendi, & ad superos aspirandi rationẽ, q tamẽ ipsi affectibus animi transuersos agentibus, non affectant viam olympo. G. Omnia tibi assentior. Quin & nunc mihi satis persuasum habeo, virtutem quauis scientia pręstabiliorem magisq; exoptandam esse, & omnibus rebus anteuertendam: hominéq; esse nihili, q̃uis eruditissimũ, qui totam cyclopædiam, quod nemini credo cõtigisse, omnibus suis numeris absoluerit. P. Consectarium est igitur, multo meliorem esse & laudabiliorẽ, qui cõuitiis & maledictis incessitur, & nihil mali regerit, sed potius data occasione laudibus

gualijck gebruyct.
ôrechtuerdelijck verCregen.

datmẽ niet een nagel heeft om de naers me te scrappen, niet een be d̃ inde nest.
haemẽ daer comẽ mach.

sij vallẽ seluer vande kerre, sij lopen vanden back.

dat niemãt altemael is wtgeleert.
ms wederõ byten.

effert

effert: qui quo iure quâq; iniuria premitur & obruitur, & nullam iniuriam reddit, sed beneficiis prosequitur: q iniustè accusatur, & nihil recriminatur: q alieno odio & inuidia flagrat, & non recandet ira: q opprobria sustinet, & quæ sibi iniustè impinguntur, ne refellit quidem, sed bene dicendo & prædicando remuneratur, & malum bono cōpensat: qui percussus aut læsus non referit: qui accepto damno nullas vices rependit: q exclusus cōmodo vel prohibitus ludo, nullam talionem reddit: qui q̃libet iniuriam passus, par pari non refert: deniq; q petitus insidiis, nullas vicissim strophas, nullas fraudes machinatur, atq; itidē in aliis virtutibus: q̃ qui sine tolerantia vel Ciceronē eloquētia & eruditione superat. G. Et tamē multi ducimur scientiarū amore, pauci virtutis. Quî hoc fit, qđ nō ad id qđ optimū est, primo & ꝑcipuo studio rapimur? P. Imò multi quoque neq; scientiarū, neq; virtutis amore & studio capiuntur, sed magis ludēdi, nugandi, & inepti endi dulcedine: in quorū hæresi, tu quoq; an aliquando fueris, an adhuc sis, ipse videris, qui fit hoc? G. Mitte istud, responde quod rogo. P. Ne sequamur ambages, missum hoc facio, & respondeo. Hinc fit, quòd germanum verumq; bonū aut nescimus, aut cùm arduum sit, per ignauiā assequi negligimus. Scientiæ qdem radix, vt virtutis, amara est, fructus verò dulcissimus. At virtus magis ar dua

met recht oft ō recht.

die swoorde behaet eñ sijn hande lief heeft.

al koste hy sprekē voor een coninc.

laet geē om weghē soecken.

const te leeren is verdrict / alsmēt cā ist nz

dua difficiliorque est, quantò præclarior & diuinior. Per eruditioné in hoc mundo tollimur humo, prouehimurque ad summa dignitatum & honorũ culmina. Per virtutem plerunq; hic deiicimur, at post hanc vitam efferimur super astra, & Diis miscemur superis, sydereiq; senatus albo inserimur, & sempiterna beataque fruimur immortalitate: ad quam Deorum vitam nulla scientia quantumuis eximia & præstans euehere potest.

comen soij tot groote staet.

comen soij inde hemel

suyker met pollepelen eten.

G. Miserum est igitur, & lachrymis prosequendum, quòd ita præcipites ferimur in vitia, facilè mouemur ad iram, pronis animis sequimur malos & impios, qui nos vel ad intolerantiam, vel ad cõspirationem, vel ad immodestiam, vel ad ingluuiem & ebrietatem, vel ad ludicra & nugas, vel ad ignauiã, & studij virtutisque neglectum, vel ad alia vitia suo ductu, suasu, vel perditis exemplis pelliciunt, trahunt, impellunt: ad virtutem verò multo tardiores sumus, quàm corbitæ in tranquillo mari. P. Sine dubio miserrimũ est, & nulla lachrymarum profusione sat digne prosequendum, quòd tam simus præposteri & peruersi, vt non modo pluris sit nobis vitrum margarito, quod diximus, sed sæpe numero etiã stercus argento & auro. Cæterũ vt tandem ad portũ vela vertamus, nũc satis clarè vides, opinor, quantũ accipimus damni, qui virtutis colendæ tempus & occasionem sinimus præterire, nec arripimus eã tem-

dat soij lichtelijc vallē.

trager dan een esel

tis te beclagē dz soi so ōtkeert sijn

dat soi liever dāc dā perlen hebben.

tempore cómodissimo teneris ab vnguiculis, quádo cera sumus molliores adhuc, & in quamuis imaginem ductu faciles, potius q̃ vt protollamus & procrastinemus eo vsque virtutis culturá, dum neglectus nostræ mentis ager, partim tribulis, sentib⁹, lappis, vrendis filicibus, vrticis, carduis, aliisque loliis & pestibus obhorreat: partim ita inarescat & obdurescat, vt nullum aratrum admittat, dumque obduratis animis & vicio stupentibus, rubo arefacto pręfractiores euaserimus, nec amplius culturæ patientes accommodemus aures. Tum demum enim animi nostri vrenda filix nullo mansuescet aratro. G. Dij meliora. P. O vtiná dent vbiq; meliora. At interim, vides sic ré se habere. G. Clarissimè video, & miserá multorum vicem doleo, nó tempori ad optima quæq; festinantium. Si nondum videam, vt dixi, plane in verno sole caligem, mihiq; claro meridie lucerna sit opus accensa. P. Imò caligantibus in meridie nulla ꝓfuerit accésa lucerna: quemadmodú Diogenes philosophus accenso lumine, claroq; die, in foro confertissimo quæritans homines nihil promouit, nullosq; inuenit. G. Ridiculum. Quî fit vt nullos inueniret homines, vbi scateret forum densa hoím multitudine stipatú, vt ais? An inter hoíes confertissimos nullus erat hoím? An in myrmecia hominú, & densissimo negociatorú orbe nullú erat inuenire hoíem? Quid istud est? P. Di-

bã tonr op. noch goet te buygen syn.
verlengen.
verhert/ästeent.
van helpe geẽ pꝛekẽ.
god segen ons.
het iãmert my.
al stende blint.
in dꝛange van volc.

van den sprech. cam. Diogenes quodã tempore dolens pleros[que] omnes mortales deuios esse veri, & virtutis alienos, solis penè diuitiis & voluptatibus stupentes, atq; ob id hominũ nomenclatura indignos: cùm non haberet, quibus verbis suam sententiã confusæ & dispersæ multitudini significatã redderet, suum[que] dolorẽ & rei indignitatẽ testaretur, pulcherrimã suę mẽtis imaginem specie quidẽ ridiculam, at significationis mysterio memorabilẽ obseruabilem[que], quasi in depicta tabula omnium oculis proposuit spectãdam: clarissima luce per forũ negociatoribus differtissimũ accensa lucerna quęritans homines, nullos[que] inuenire aut videre assimulans, quòd eos, quos conglobatos & cõglomeratos in foro offenderet, vmbras potius hominũ aut beluas humana figura crederet atq; significatũ vellet.

om rÿckdõ en wellust tichept.

strap/alst bedupdt werdt.

met hoopẽ, menichte.

een schoon bedîet.

G. Mehercle pulcherrima veritatis imago, pulcherrimũ rei non verborũ schema, pulcherrimum paradigma. Mediusfidius nihil pulchrius effingi potuit, nihil spectabilius. P. Habeo super illa re literarũ ad quendam superiori anno scriptarũ exemplar, nisi fallor, adhũc: si cupis, indulgebo tibi vidẽdum & legendum. G. Ex animo vereq; cupio. Suffice mihi. Quin exhibes? P. Quæro in loculis vestiariis, in sacculo colobiario. Habeo. Hem tibi. Legito clarè. G. Quin ipse legito. Tua tibi manus notior est, & lectu facilior, quàm mihi. P. Redde, legam. Arrige

ic salt v laten lesen.

in mînen diefsack.

leest ouersupt.

au-

aures. Hoc age. G. Istud ago. P. Sic habet: Quas ad me literas, amicorum candidissime, tertio die pòst, quàm egimus Pentecosten, exarateras, ipsis Diui Odulphi feriis commodum recepi, cùm sacram & solemnē nostræ supplicationis pompá eramus iam ducturi, & anniuersaria mysterio Eucharistico, & viuificæ crucis signo supplicia celebraturi. Quarum cùm impræsentiarum non esset locus, neq; ocium perlegendi, eas recondidi atque reposui in perulam seu thecam tunicariam, quam vestibus subsutam gerimus, vsque, dum à vesperis precibus, diuinis tandem defunctus essem muneribus. In quibus Diogenem scribis, quodam tempore lucerna accensa obambulasse in foro hominū frequentia differto, quęrenti similem: risuq́; exceptum, & rogatum satin' sanus & sobrius esset, aut quid quæreret: respondisse, homines se quæritare. Et miraris, quid tam eximio & celebri philosopho in mentem venerit, vt tam stultam rem & absurdam insulsamq́ue faceret, & se traduceret, omnibusq́ue ridendum propinaret. Ne longa te verborum ambage suspensum teneam, dico non designasse eum rem insulsam & ridiculam, sed spectabilem, memorabilem, & philosopho dignam. Notauit enim publicos ciuitatis mores vix homine dignos. Hominis enim est, suis imperare malis affectibus, non suæ libidini seruire, sed rectæ

hoort nam. scherp toe.

we souē mz processie ō gaē soudē.

eē dieffac.

in eē groote mentche van volck. oft hy mal of sot was

dz hi maecte dattet al ō hē lachte eē guygh merct.

syn eygen quayē lust bedwingē.

rationi obtemperare, rebusq; fluxis & caducis longo postpositis, bene beateq; viuendo & virtutem colendo ad immortalia & cœlestia aspirare. Atqui id genus hoĩes nõ erat inuenire in foro, quamuis densa & confusa hominum turba confertissimo. Promptius enim & facilius Amburbialium aut Nundinariarum aut aliarũ celebrium feriarũ tempore, in foro, & circumquaque inuenias mẽdaces, impostores, periuros, manticularios, ebrios, aleatores, summenianarum mulierum quæsitores & assęclas, decoctores, philargyros, & eiusdem farinæ alios profligatissimæ atq; perditissimæ vitæ hoĩes, in quibus nihil præter humanã & formam & loquelam videas & agnoscas, cętera beluas, q̃ qui & re & nomine germanos sese verosq; præstent homines. Habes sententiã Diogenis. Tu fac & te hominẽ noris, & officio, quod sit homine dignũ, semper fungare. Vale Guormariæ pridie Idus Iunias An. 48. G. Pulchrum documentum: pręcor, indulgę mihi describendũ, bona fide redditurus breui. P. Quid opus asseueratione? Fidem habeo verbis tuis. Neq; enim mihi suspectus es perfidiæ. Tu modò cura, vt quã integritatis existimationem habeo, semper incolumem & inconcussam seruandi sis mihi author. Per te enim stat. G. Fideliter curabo, nihil addubites, me semp̃ habeas fidumq; probumq;. Nec tibi fenestram vllã prȩsentibus superis & adminiculantib⁹

ape-

Marginal notes: meer op de ganckelijke dingẽ/ ec. — op taermer ten. — meer ander mettet self de sop begoten. — leer snoode van leuen. — e — dat gy my daer toe brengt. — geẽ oorsaec geuen.

aperiam de me secus vnquã suspicandi. Dij boni q̃ lætor hac epistola, q̃ gaudeo hisce inter nos habitis sermonib. Melle dulcius hoc mihi fuit colloquium. Vtinã dij nunq̃ mihi dent peiorẽ congerronẽ, nam meliorẽ non exoptem. Dij boni quantũ commẽtandi argumẽtum suppeditauit, q̃ latum fabulandi campũ nobis aperuit vna Occasionis imago, quã ego deridiculam credidissem, nisi te nactus fuissem interpretẽ. P. Nunc igitur cum sit abundè sat verborũ profusum, redeamus ad suos vterq; mutos magistros, & cum illis etiam dulcissimis congerronibus nõnihil fabulemur. Vale. G. Heus Petre, velim tibi vacet, vnus adhuc mihi restat scrupulus, quẽ si mihi quoq; eadem dissererẽdi qua vales dexteritate eximas, feceris mihi rem gratissimam, tibiq; gratiã immortalẽ apud me promerearis. P. Quisnã iste scrupulus? G. Docuisti me pulchrè, cuius beneficij nunq̃ obrepet mihi obliuio, virtutẽ esse scientiis & artibus meliorem & maiori sedulitate quærẽdam. Aueo similiter scire, num virtute sit melius, & maiori studio prosequendũ. P. Dicã paucis. In hoc seculo nihil virtutis officio præclarius, nihil dulcius mente sibi cõscia recti. Qua de re si voles prælegam tibi quoq; breuẽ epistolam annis superioribus scriptã ad quendam iam tum rudẽ adhuc parumq; latinum, nũc verò latinissimũ & eloquentissimũ & virtutis cultorẽ summũ. G. Quidni velim? maxi-

so soet als honich.

Watten lan gen praet.

Wat wij nv lang ghenoech ghe clapt hebbẽ

noch een swaerh3.

niet suetter dan een ge ruste consciencie.

mo istud opere & cupio & precor facias. Sed agè, quisnā est ad quē scripseras? P. Nicolaus Iacobæus Roterodam⁹ senior. G. Dignus ad quem magnifica scripta dentur. P. Sed audi quid scripserim, & quāto compendio multa perstrinxerim. Sic habet epistola: Postremis tuis Nicolae candidissime scriptis, pulcherrimū dignissimumq; scitu proposuisti problema, sciscitatus & percontatus ex me, quid in hac mortali vita sit dulcissimū, iucūdissimū, voluptatisq; plenissimū, & quid optimum præstātissimumq;. Et addidisti in varias opiniones hoīm scindi vulgus incertum, Quorū quibusdā nihil suauius esse videtur, q̃ vt delicatissima quæq; & edant & bibant, quoties quantaq; lubeat, ac deinde saburrato ventre & bene pasto saginatoq;, vel lusibus, vel somno indulgeant, vel aliud quid factitēt, quod aīo voluptatis sitibundo maximè arrideat. Aliis rursum nihil mellitius nec magis expetendum videri, q̃ vt diuitiis & opibus affluant, ac vbiq; gentiū magni sint & nominis & honoris, magnæq; authoritatis, & ab omnibus quouis officij genere colantur & obseruentur. Alios quoq; esse quosdam affirmasti, homines notæ melioris, vt bene putabas, quibus visum sit nihil esse dulcius, nihil melius, nihil præclarius, quàm vt sint solerti, dextro, & præclaro ingenio, idq; omnigenis omnium rerum artibus & disciplinis imbutum & excultū habeant, qui de re quali-

bet

[Margin: en hoe cort dz ict ouer loopē heb. een schoon geraetsel. Watter ghenuchlijcste eñ salichsts in sinen sceen leuē.]

[Margin: lecker etē eñ drincke met ronde buyckens slapē gaen oft anders doē dat hē lust.]

[Margin: rijc/geeert eñ ghesien wesen.]

[Margin: Schoon verstant ende groote gheleerthz te hebben.]

...tè, distinctè & ornatè copioseq; norint ...ere. Quin & nónullas præterea alias di...rum hominú opiniones in medium at...i, quarũ non est mihi nunc repetendi ...m, super quibus meam sentétiam per...atus es. Vt breuiter & succinctè, & qui... paucioribus quàm conueniat tanto ar...ento, expediã quod rogas (cogor enim ...pẽdio & paucis rem perstringere, quòd longiori temporis spacio sim exclusus, ...ui vacet multis agere tecũ, id quod aliâs ...npensabitur) mea sententia, hominũ sa... maxima pars, præsertim id genus oĩum, quibus locutus es, multum hallucinatur, toto; cœlo (quod dicitur) & tota aberrat ...a. Quicunque enim veram summamq́ue ...lectationem voluptate comedendi & bi...endi, vt solent Epicuri de grege porci, me...untur, ij longè lateq́ue à veritatis semita ...nt alieni. Quicunque veram voluptatem ...entre metiuntur, longè à veritate abhor...ent. Quicunque in edendo & potando sta...tuunt summam sibi voluptatẽ, ij ex diame...tro cum veritate pugnant, & disdiapason, quod dicitur, à veritate dissident. Quibus nihil est prius, nihil antiquius, nihilq́; iucundius, q̃ obsequi & inseruire ventri, genioq́ue indulgere, & genialiter ac pollucibiliter viuere: ij in veritatis cótemplatione nó modò lusciciosi cæcutiũt, sed planè sunt cæci, sterilesq́; omnino & inanes veri, ac totius semel

cortelijc.

zij dwalen heel vã de baen.

suete worsten / slampampers / suppupté. die smetsẽ cñ suppen sijn ṽ vrẽt vãde wech. teghen de waerheit.

virtutis expertes. Nã ex ventris ingluuie & crapula reddimur pigri & ad omnia inhabiles & inepti, reddimur infirmi atq; morbidi, crassi atque obtusi, &, quod dicitur, pingui Minerua. Nam pinguis venter non gignit mentem tenuem. Quinetiam multi sunt sibimet ipsis authores prematuræ mortis, dū nimio potu cibóve ingurgitāt sese, vitamq; ita extinguunt. Atque hanc ob causam fieri non potest, vt germana veráque delectatio sita sit in edendo & potando. Neque itidem in diuitiarū copia, aut magni nominis & authoritatis maiestate, qđ nulla vis diuitiarū quantumuis confertissima cumulatissimaq; ægroto domini deducat corpore febres, vt canit Horatius: Sed valeat possessor oportet Si cōportatis rebus bene cogitat vti. At virtus, vt loquitur diuinus orator, in infirmitate perficitur. Tandem igitur audi, nam audire iampridē expectas, qua nam in re summum oblectamentū statuamus, summumq; bonum reponamus. Vera & perfecta oblectatio tale quiddam sit oportet, quæ neque tristicia, neque aduersitate, neq; vi labefactetur & auferatur, quǽque non grauet quenquam quantumuis immensa & cumulatissima, quemadmodum edendi & potandi nos grauari sentimus & obrui voluptate. Quam ob rem, cùm in hac rerum humanarū colluuione, vitáque mortali, plus vbique sit aloes & amaritudinis quàm dulcedinis, plus fellis quàm

Marginalia:
wsöckē win kē ēn smet sen / maeckt luyhz, traect heit vā gee ste / whenct alle catiuic heyt.

Dus ist de beste ghenuecht niz.

rijcdomme maect memandt gesōt oft wzij vā geeste. Duecht ist al.

Waer wi de meeste ghenuecht in stellen. Dat woz enige teghenspoet mach beswijcken.

quàm mellis, plus aduersi quàm læti & prosperi, non est quærenda vera summaque delectatio in rebus visu vel tactu cótingendis, sed sita sit oportet in virtutis officio, atque in mente sibi conscia recti, quæ, quoad eius id fieri potest, se confidat in diuinis oculis & esse & ferri, sibique cum Deo initam esse gratiam & amicitiam. Huiuscemodi homines nulla potest afflictio quamlibet grauissima tranquillo mentis statu dimouere. Imò etsi homines id genus extremo essent supplicio deuoti & destinati, qui iam iam essent securi lethifera percellendi, aut cum Diuo Laurentio viui Vulcano tradendi & ignibus exurendi, miserrimeque excarnificandi, non tamen animo non gauderent, & læticia essent delibuti non vulgari, nullisq; verbis exprimenda. Quare mi Nicolae si in virtutibus præcipuum & summum ponas studium, & in puritate mentis colenda maximũ oblectamentum quæras, maximum tibi operæprecium feceris, viamq; compendiosam & certam ad beatitudinem sempiternam straueris. Vale. Guormariæ. 12. calend. Maias, Anno. 46. G. Magnificum sanè epistoliũ argumenti præclari non male collocasti, nec sterili harenæ mandasti semina tam preciosa, neque inanes, quod dicitur culmos excussisti. P. Id gaudeo. G. Concede mihi describendũ, vbi descripsero memoriter ediscam. P. Parũ istud fuerit, nisi moribus quoque & bene beateq;

een pinte honichs/ een hoop alsems

in een gherufte côscientie/ soe ôvre alst hier mogelijck is.

al waerdẽ sij die quaetste pijn aengedaen.

eñ met sint Laurentius op dẽ rooster lagen.

alleen inde duecht leyt de meeste vruecht.

tis niet te vergeefs.

laet my dat scriuen.

viuendo exprimas. G. Istud quoque redditum curabo. P. Si feceris, rem feceris maximè tibi frugiferã futuram. G. Superis aspirantibus operam dabo. P. Accipe, & vale. G. Vale quoque.

Ic salt u soe verõ gent. ghy sulter vaet by vinden.

¶ Cornelius Francisci Olearius Amstelredamus, & Nicolaus Matthiæ Zuderguoldanus. Cor.

HEus Nicolae, quid agè succisiuis hisce & feriatis stat facere horis? N. Quid es author faciendi? Quid faciendum suades? C. Nescio quid tibi sim author, quid suadeam. Quid si legitimis & ordinariis soluti studiis, tractemus extraordinaria aliqua, non minus fortè nobis ex vsu futura, quàm quæ sunt ordinata, & à præceptoribus præfixa? N. Placet, faciamus quod iubes. Tuæ libidini non aduersabor, modò ex re nostra fuerit, quod iubebis. C. Quid si faciamus periculũ, quantum promouerimus in Latinæ facundiæ studio? & quid extemporali dictione valeamus? qd ex tempore dicendo prȩstare queamus? N. Quo pacto vis istud periclitemur? C. Sumamus aliquod thema, nisi tu alia & meliori sententia tenearis, quod contendamus in varias quasi Protea quempiã mutare formas, variis eloquij latini conuestire schematis, vario cultu induere pro sua quisq; ingenij dexteritate & promptitudine. N. Perplacet. sumamus. Nihil recuso. Nihil detrecto, quod modò studiis nostris sit frugiferũ futu

Wat hebby in uwẽ sin te doen nu dattet orlof eñ speeltijt is?

Ic wet, mogẽ wij daer slechs vaet by vinden.

Veelderley vanderinge op menigerhãde fatsoẽ

ick bens te vredẽ cant vaẽ.

futurum, quod nostras Camœnas exornet & locupletet. C. Sine dubio exornabit ditabitque. N. Sed quomodo certabimus? Cui nostrum prior ceciderit loquendi prouincia, vis ille suis partibus continenti dictione perfungatur, donec frixerit, & verbis destituatur, vt vbi tradiderit alteri suam lampada dicendi, tum demũ non liceat sibi, si quid præterea in mentem venerit, promere & in medium afferre: an mauis alternis vicibus vtamur, per vices loquamur. C. Alternis dicamus. Amant alterna Camœnæ. Alioqui si isto modo, quo tu dicis, agendum foret, vt postq̃ alter suo dicẽdi munere defunctus esset, tum demum alter loquendi prouinciam susciperet, & dictionis suæ principium iaceret, mallé mihi priores dicendi vices obtingere. N. Recte dicis, loquamur vicibus, vicissim agamus, vt sit vtriusq; sors æqua. C. Si videtur, desumamus hoc in aliam & aliam faciem transformandum, Musicam docet amor. vel si mauis, hoc Paupertas sapientiam sortita est. N. Neutrum recipio. Neutrum arridet. Cor. Quî dum? Quid ita? videntur tibi hæc aliis grauiora, & transformatu difficiliora, quę Cerberi instar, omnem Heteroseos & Enallages lucem reformident? N. Ista me ratio nihil mouet. Possunt ista sine dubio variũ induere cultũ, variisq; exornari coloribus, si tentare velim. Vis dicam, quid suspicor? Tu mihi videris ista pręmeditatus me

by behoorte ende ic dã gy.

datter geen clagẽ heeft.

armoe soeket list/ leert const.

mẽ machse op mentger ley leesten stellen.

ghi wilt mi ō dē thuyn leyen/daer ghy my te machtich sijt.

me nihil premeditatum quasi Cantherium, quod dicitur, in fossa prouocare. Prouocemus potius eques equitem in apertum campum, & paribus congrediamur armis. Proponam potius ego nobis thema, quod neutrius studio sit antea cultum, quod ad neutrius incudem venerit vnquam. C. Sinistra profectò & iniqua duceris suspicione. Nic. Quid facias? non possum nunc animo impetrare meo, vt aliter atq; dixi suspicer. C. Quid istud? Propone quoduis, equidem nihil detrecto, veniam quocunque vocaris. Quemcunque præfixeris scopum, istuc mea dirigam tela. Quid arrodis vngues? Quin proponis? N. Quæritem primulum. Co. Quid diu quæsito opus? N. Putas mihi memoriam ita in numerato, & in promptu sitam, vt e uestigio quidlibet succurrat nihil mihi com meditato? Certè nostra vena ingenioli non tam largiter fluit. Non est mihi tam exprompta & extemporalis memoria. C. Imò tibi promptior est q̃ mihi, dicas quidlibet. Vberiori tuum ingenium fluit canali q̃ meum, vt non semel re ipsa comperi. Sed valeant hæc verba. Frome si qd' habes thema, sin minus, trade mihi tuas promendi partes, ad proponendū habeam ego portisculū. N. Hem ocio sus es. Habeo. Studere est honorificū. C. Accipio. Sed vter prior suū eiaculabitur telū? N. Rogas, cùm ego iaculatus sim modò? Quid? stupēt tibi aures, vt auditu nihil haurias? Nihil

laet ons gelijck zijn.

Weet dan/ Wat dan/

daer ghi na schiet/ daer schiet ic me na.

meyndi dat ick wt den aessac speel/

ick hebt so rat niet.

geuet my ouer.

Trust v hoot al geuōdē.

wie sal ierst aen dē mā gaen/

sijt ghy doof/

il audiftin? C. Quid audiffem? N. Quod dixi. leerē, brēct tot grooter eeren.
C. Quid dixifti? N. Studere honorificũ effe. Modo dixifti tibi bene federe thema hoc.
Quid? canis palinodiam? refilis dicto? Co. haeldy weē v woorden door ywen hals?
Haudquaquam refilio. Maneo dictis. N. Refponde igitur mutatis verbis. C. Hem refpon
deo. Studere eft honeftum. N. Studium honeftat fuos cultores. C. Studium decorat fui
amatores. N. In honore habetur qui ftuduerit. C. Honore ornatur & extollitur, q ftu- die garn leeren comen dicmael ter eeren.
dium coluerit. N. Honorificè fe gerit, q Mufas colit. C. Honorabilem reddunt ftudia fu
um cultorem. N. Iacet vbique, qui non pol
et eruditione. C. Humilibus emergũt locis
qui plurima valẽt fcientia. N. Honefti funt
Mufarũ cultores. C. Honorabiles funt litera-
ũ amatores. N. Sed heus Corneli pręmonito
opus eft, ne minucias nimis anxie fectemur,
& quaflibet accidentium in promptu pofi-
torum facilitates fuperftitiofe fectemur. Id
ẽm diuturni fuerit temporis inexplicabilis,
inexhauftæ & inenodabilis operæ, atq; fru-
ctus non ita magni. C. Subfcribo tuæ fenten
tiæ, tu modò perge. N. In nullo precio eft q
e literario negocio non deuouit. C. In nul-
lo honore eft, qui literario ocio nõ euafit ce-
leber. N. Numerus eft, qui illiterato vel ocio
vel negocio fuam ætatem triuerit. C. Nullo
loco, nullo numero habetur, q literario ftu-
dio fe non excoluerit. N. Obfcurus & eft &
ætatem manebit, qui ftudiis non euaferit il-
lu-

lustris. Cor. Nulla dignitate conſpicuus vel eſt, vel erit vnquam, qui ſe literario ocio non nobilitarit. N. Honora eſt exiſtimatio & fama ſtudioſorum. Co. Honorariis muneribus qui colantur, digni ſunt ſtudioſi & docti. Nic. Nullo non honeſtamento literatura ſplendet. Cor. Omni dignitate refulget literatus. Nico. Solida veráque eſt gloria literatorum. Co. Ingenij ſtudiis exculti gloria non moritur vnquam aut intercidit. Ni. Nulla obliuione obruitur laus & honor eius, quem ſtudia celebrarint. C. Immortalitate nominis floret, qui exculcus euaſerit & illuſtris ſtudio. Ni. Glorioſe triumphat, qui cyclopædiam abſoluerit. C. Illuſtria ſunt & præclara ſtudioſorum facta. N. Nominis celebritate fulget, quem ſtudia illuſtrarint. Co. Honoris amplitudine celebratur, qui literis euaſerit cōſpicuus. N. Neglecta ſtudia grande ferunt vnà cum damno dedecus, culta verò multum adferunt decus multumq́ue emolumentum. Co. Studendi occaſio præterita magno & dedecori eſt & damno, obſeruata verò multum & fructus & honoris adfert. Nic. Tu commodiori, vt ſcias ô bone, curriculo veheris, ſecundiori fla tu ferris, dexteriore fortuna vteris, quod me tibi præeuntem habes, quem conſequare, dum ego tibi ſcindo glaciem, & viam ſterno, qua inſiſtas, & veſtigiis meis inſtes, dúmque ego præcinens quaſi manſum tibi in os

ghy hebt goet volgē als ick v voerga. ghy hebt goet doen als ick v te pat te vooꝛ beſtroy.

insero, quod vbi deuoraris, tum demum succinas. C. Non succino tibi, sed quod aut in mentē aut in buccā mihi venit, id eloquor. Atqui si videris tibi iniquiorem nactus conditionem, non est quod mecum expostules. Tu tibi mali istius, si quid sit mali, fontē reperisti. Tu tua sponte mihi præire voluisti, meq; priori loco dicendi prohibuisti. Nunc igitur vtere, sis, quas mihi preripuisti partes, & pergito si voles. Ni. Non decet eiusdem Musæ æmulos mutuis dissidere iurgiis. Candidæ Musarum ianuæ. Quare pergā, quando vis ita, Literarum neglectus dedecorat negligentem. C. Musarum neglectu dedecoratur iners. N. Honoribus decoratur excultus studio. C. Omni laude, prædicatione, præmiis honorariis & splendore decorat Minerua studiosos & doctos. N. Maximum meruere decus q se literis dedicarunt. C. Sublime est & immortale studiosorum decus. N. Decorum est, & diuinis honoribus dignū, studia literaria sectari. C. Decorè & magnificè agit, qui rebus literariis inhiat. Ni. Eximia & eminenti dignitate pollet, qui studiose mutis magistris assidet. C. Obseruabili maiestate reuerendus est, & amplo dignandus honore, qui studendo in doctum virum euasit. N. Omni gradu amplissimo dignus est, quisquis eruditione emicat. C. Altissimum dignitatis gradum ascendere promeruit, quem studia condecorarunt. N. Ornamēto

gy hebt goet gapē als ict in de mont steke.

sunt

sunt studiosis sua studia. C. Honoribus amplissimis, fortunisq; maximis ornatur studiosus & eruditus. N. Decori sunt & honori studia suis consectatoribus. C. Cultui & honestamento sunt negocia literaria suis assectatoribus. N. Qui consectatur literas, non modò literatus, sed etiam honoratus euadit. C. Literarum & sapientiæ consectatio non modò literaturæ, verùm etiã honoris & amplitudinis est author & effectrix. N. Qui colit studia, extollitur honoribus. C. Cultura ingenij, non modò animum, sed totum hominé reddit excultum & amplitudine conspicuum. N. Cultor Mineruę tollitur humo, & inter magnos honoratosq; refertur. C. Ad summum emergit honoré, quamuis humili loco natus, q cultu & splendore ingenij prospicuus euasit. N. Augetur honoribus, q studium literarũ profitetur. C. Cui studia sunt cordi, sublimis tandem abit & immortalitate nominis donatur. N. Qui ducitur studiis cumulatur honoribus. C. Studia quem trahunt, honoribus cũmulant & efferũt. N. Quantum quisq; fuerit emensus studij, tantis etiam euehitur honoribus. C. Sunt studio sua prę mia honores. N. Profluit ad hominũ famam & nominis claritatem, nec diu latere potest obscurus, qui suam ætaté studiis exegerit. C. Dimanat ad existimationem hominum, commendatione & iudicio bonorum, nec diu in obscuro esse potest, qui suã vitam

stu-

studiis illustrarit. Nic. Tollitur humo, magnusque virûm volitatur per ora, qui se literariis studiis celebrem reddiderit. C. Laudibus fertur ad astra & euadit super æthera notus, quem literaria studia cõcelebrarint. N. Dare se studiis est honorificum. C. Animũ ad colenda studia appellere est nobile. Ni. Se accommodare legendis libris est res luculenta & magnifica. C. Studiis operam dare est celeberrimum. N. Inuigilare chartis atque immori studiis est splendidum. C. Qui colit studia, colitur honoribus. N. Qui colit ingenium studio, illustris & honorificus euadit. C. Magnis eum prosequimur honoribus, quem credimus ingenium habere studiis literariis excultum. N. Eximiis cumulatur honoribus, qui se multiiuga eruditione conspicuum reddiderit. C. Honoribus afficitur amplissimis, qui suum ingenium locupletarit atque venustarit artibus. Ni. Qui animum gerit expolitum scientiis multis, eum honoribus amplis afficiunt omnes. C. Quis non honoret honestis imbutum artibus? N. Quis non prædicet multa laude dignum, sacris Musarum & literariis mysteriis initiatum? C. Quid ni præclarissimum dixero humanitatis studium, cùm videam amusos & illiteratos aut ab omni humanitate alienos esse, aut si forte præclarum quid& homine dignum gerant, perpetuis tamen tenebris & nominis obscuritate premi,

nisi eos docti & eloquentes viri suis monumentis donent claritate nominis, & à tenebrarum iniuriis vindicét? N. Incumbere in studia literaria, nauare operã literis, impallescere chartis, insudare artibus, inhærere libris, assiduo sese studio macerare, cũ mutis magistris assiduam & continentẽ familiaritatem habere, quod datur vacui temporis, & necessitate soluti, id totũ studiis & euoluendis authoribus impendere, amplissimũ est & principe loco dignũ. C. Nõ video, quid mortalibus maiori possit esse honestamento q̃ ocium literariũ cum virtute coniunctum. N. Vt iners, supinũ, & illiteratũ ocium est viui hoĩs sepultura, & mortis imago: Ita ediuerso, industrium & studiis dedicatũ ocium, vel ignobiles atq; infimę fæcis hoĩes ad summos honores euehit, & nominis immortalitate, atq; sempiterno splendore illustrat amplificatq;. C. Artium studiosis dignitatẽ non paruã cõciliant studia. N. Ex nullo quantumuis inexhausto negocio, tantũ est emolumenti, quantũ (mihi crede) ex literario ocio honestamenti. C. Quibus sedula est cũ Musis consuetudo, ij, velint nolint osores, ad summum decus aspirãt & pertingũt. N. Summã meruerunt laude coronã, quibus fuit cũ Minerua assiduum cõmercium. C. Qui se cunq; accõmodãt studio literario, laudẽ inueniãt oportet & amicos nõ paucos. N. Summa semper erit laude canendus, & ad astra ferendus, nõ

qui

qui Bacchica ebrietate, aut Venerea libidine miserū hoc traduxerit æuum, sed qui Palladia ingenij industria atque studiorum claritate, immortalem sui memoriā posteris reliquerit. C. Honore amplissimo semper exornat suos amatores & affectatores Minerua. N. Honoribus crescunt & augentur non vulgaribus, qui sua ingenia diuinarum humanarumque disciplinarum cultu & decore exornant. C. Qui deas esse finxerant antiquitus Camœnas, quid aliud adumbrarūt, quàm qđ in diuos euadant, qui studia synceré tractent? N. Mens hominis nulla studiorum assiduitate culta, nullo disciplinarū semine imbuta & insita, queadmodum ager desitus & incultus, non potest non ignorantiæ atq; errorum, vt non dicam scelerum & infamię vepribus obduci, & conculcata iacere. At quam bonarū literarum cultura subactam & excultam reddiderit, ea clarissimis tum honestatis tum dignitatis exuberet fructibus necesse est. C. Qui clarus est eruditione, non potest nō esse præclarus honore. N. Quē suis dotibus Pallas locupletarit, honore magnus euadit. C. Amplificatur honoribus, quē eruditionis opinione admirantur suspiciuntq; hoīes. N. Ingenia hominū scientiarū cultu splendido induta atq; exornata, digna sunt quæ clarescant vbiq; gentiū, quæ semper in admiratione omniū sint & in precio. C. Quemadmodū qui se exornāt splendidis

vestibus, si in publicū prodeant, omnibus & admirationi sunt & honori. Contrà qui laceris aut squalidis sub dium exeunt vestimentis, aut ridentur & exibilantur, aut nullo numero, nulloq; loco habentur: ita q̄ semet eruditionis claritate atq; splendore conspicuo illustrarūt, ab omnibus, vt par est, suspiciuntur, & summo honore pro meritis obseruantur, cùm interim amusi, indocti & inuenusti aut iacent & despectui sunt, aut nō admodū magnifici habentur, nisi à suæ farinæ hominibus literarum osoribus, quæ gloria fragilis est, & euanida breui futura. N. Qui præ suis maioribus artium liberaliū splendore & luce sua ingenia illustrarūt magis, ij nō modò suis progenitoribus claritate ingenij prælucent, sed & sunt totius penè mundi lumina quædam, & omniū oculis in se coniectis veneratione magna & obseruatione summa afficiuntur. C. Quemadmodū mundi oculus Sol, nō modò si suis partibus liberè, & nō aliundè prępeditus fungatur, sed etiā si nubibus aut nebulis lateat obductus, totū tamen mundū suis radiis collustrat, & ab omnibus tenebras exosis, iā ortus lætis excipitur aspectibus, & in obseruabili habetur admiratiōe, nisi fortè, quib⁹ oculorū acies tenebris affecta, vel obtusa sit, vel dolore aliquo affecta. Ita & literati suæ eruditionis lumine nō modò terrarum orbem illustrant, sed & in admirationē & obseruantiā sui trahūt, præsertim

qui-

quibus sit mẽs sana in corpore sano. N. Quid si tandẽ receptui canamus? finemq; cõmentandi faciamus? Nam omniũ rerum satietas. Ne nimis longè progressi, cogamur vel defecti veribus turpiter in medio cursu subsistere, & ruptis funibus volentes nolentes inglorij & ridiculi vela vertere, vel eandẽ sępius incudem tũdere, seu eandẽ cantilenam iterũ atq; iterũ repetendo tandẽ audire illud. Crambe bis posita mors. Nisi fortè dicas, cũ soli sine arbitris commentemur inter nos, nõ esse nobis cuiusq̃ metuendã censuram. Nemo enim nos insequitur. C. Imò consilium optimum est, vt in tempore cessemus: Nam vt Horatio quondã, ita etiam, Est mihi, purgatã crebro qui personat aurẽ, Solue senescentẽ maturè sanus equũ, ne Peccet ad extremũ ridendus & ilia ducat. Nam licet nemo nos hic exaudiat, qui tandẽ, si turpiter subticeamus, & exhausti nostrã infantiam prodamus, alibi nos traducat & ridendos propinet: præstat tamẽ ita nos semper comparemus, vt nihil vnquã soli factitemus, cuius nos pudeat acti in publico, exceptis, quæ necessitas naturę, & honestatis decus celanda iubent. N. Bene mones, cuius moniti nõ facile obliuiscar. Cõsultissimum ergo videtur, vt ipse qui prior huius dissertationis auspiciũ dedi, prior etiam finem imponã: qui primam manum antea, idem extremã postea addam: qui primũ ieci initium cõmentationis, idem colophonem

oft soo ab lietenr tis al nz dz god nz en is. tis schande ergẽs in hit uẽ steke. mettẽ coetskoet al eenẽ sanc. vẽ ouden duen. verwermdes spijs en smaket niet.

beter bi tijt gelaten dã met scande volcynt.

dat niemãt inet õs iort

gi segt wel.

tdunct my goet sijn / diet eerst begonnẽ heb, dat ic eerst af laet.

addã,& supremũ fastigiũ imponã,& rem ad vmbilicũ ducam. C.Nõ inconsultũ videtur. Fiat ita. N.Claudam igitur hoc disticho:

Dignus honoribus est, cœlo æquiparãdus et astris,
Quem sua doctrinæ gloria nobilitat.

C.Velim mihi per te liceat addere alterum quoq; distichon, quod mihi mea Musa, qua est erga me benignitate, ne viderer asymbolus abire, ex tempore dictauit. N. Si voles, adiice duo: lubenti animo & pronis auribus audiam. Cor.

Cuncta hoĩum in mundo mortalia facta peribunt,
Doctrina & virtus non peritura vigent:
Euehit ad cœlum virtus, doctrina refulget,
Hic illicque astris æquiparata micat.

Ni. Nunc missa hoc faciamus, & abeamus, quisque quò sua vocant ipsum negocia. C. Sed quò te nunc cõferes? N.Quò, nisi in musæum meos ad mutos magistros? C.Illic offendes Martinũ Gelanum nescio quid actitantem: nisi quòd videbatur, cùm illinc excederem, nonnullas reuoluere atq; relegere literas, nescio quò missas, aut vnde profectas. N.Cõiicio literas esse & patris eius ad ipsum & ipsius ad patrẽ suum, quarũ scio hac æstate aliquot vltro citroq; missas. Adibo & postulabo legẽdas. Nunc enim mihi amicior est q̃ hactenus, nec facilè negabit, quod petiero. Nuper fuerat mihi nonnihil offensus. Sed illa ira iã nunc deferbuit atq; desæuiit. C.Ego in pratũ excurrã, prouisurus quid Nicolaus

Aa

Marginal notes: volmaect ende een eynde af maken. — twee versken. — laet dit dryuen. — studeercamer / tot mijn boeken. — ghins ende weder / ouer ende weer ouer. — de buye is ouer.

Amstelredam⁹ noster, & Andreas Guicanus agitent, qui modo se contulerunt in pascuá.

Salue igitur mi Nicoleos dulcißime rerum,
Meque fauore tuo, quod facis, vsque cole.
N. Tu quoque Corneli mi perspectißime Amice
Vsque vale, atque mei semper amore cale.
Hoc, quia festinas nimium, tibi carmen amicum
Non satis excoctum, post tua terga datur.

niet sroon genoech.

Abiit, nihil inaudiens: ego quoq; vado, quò decreueram, visurus quid Martinus meus in Musæo solus agat.

¶ Nicolaus Iacobi Amstelredamus, Andreas Auli Guicanus, Petrus Houius Mechlinianus, & Sibrandus Stammius Amstelredamus, de ludo pilario. Ni.

NON semel me prouocatum isti ad certamen pilarium, idq; minimo, vt mihi vidisse visus sum. Men' ita pusilli credis animi, vt tecum in arenâ istam descendere non ausim? Licet tu quidẽ istam quotidiano vsu plenius me calleas, nihil tamen detrecto, nihil tergiuersor, nihil subterfugio. Tu credis cantherium in fossa, quod dicitur: atq; ego fortuna suffragante, me comparabo vt equum, quod aiunt, in planiciem euocasse videaris. Efficiam, posthac ne quenquã voce lacessas. A. Effice quod voles, nec mihi deerunt manus. Si tibi machæra est, & nobis vrbina est domi. Age age si qua tibi fiducia animi, huc ades, experiamur vter plus polleat arte hac.

gy hebt mi dicwils wt gepoort om te kaetsen. meyndy dz ic geẽ hert en hebt

gy sult seggẽ dat ghy n'swẽ man geuonden hebt.

com aen, compt aen. vã, wel an.

Ego sum animi fidentissimus,tu modò vide ne labaris animo,tu fac aīo consites. N.A me ociosus esto. Obiiciam tibi hydram,quā vix Herculeis laboribus conficias. Dabo tibi negocium non leui brachio obeundū. A. Principiò hoc tecum paciscor, vt neq; chirothecas indutus,neq; reticulo prodeas armatus, neq; pilam in tectum mittas, neq; in aream hoc certandi genere tritam descēdas. N. Hominem animi præstantem , & mirū scilicet artificem . O præstantiam animi,& mirum ludendi artificium.Tu me prouoces,& ipse pangas legem , qua me stare ad tuum præscriptū postules? Vt noris,ô bone,prouocati nō prouocantis est certandi leges præfigere . Quid verò ista pactio sibi vult,nisi quòd animum degenerem parumq́; fidentem arguit? Ha ha he,Mediusfidius risu temperare non possum. A. Non est quod rideas.Si qua tibi virtus animusq; in pectore præsens,huc ades,& congredere mecum . Dices tibi rem esse , non cum Andabatis , quos fama est in tenebris, aut oculis clausis pugnare solitos. Oculatius & circunspectius rem agam.Si tu Hectorem,ego præstabo Achillem.Si tu Geryonem, ego reddam Herculem . Videberis me videns planè Marté videre. Porrò quòd causaris tuum esse, cùm prouocatus venias, ludendi præscribere leges,Age dum, præscribe,quas velis cunq;,equidem nihil defugio, nihil recuso. N.Cōditionib⁹ tuis,quas præscripsi-

Marginalia: sorcht voor mi niet. siet de duyuel ick ben zijn moeder | wildi bedingen eñ voorworen? | ghi toont dz ghi eē bloo guyt zijt. | ghi behoeft nz te gecke. | Vfoect my hebdt het?. | ick sal niet staen oft ic lam ē blint waer. | ghy suit eē man tegen hebben.

scripsisti, quãdo ita mauis, stabo. Cęterũ desine, ô bone, encomium ante victoriã canere, ne pòst Admeti vel Harmodij vel Thelamonis cãtites cantilenã. Experieris quòd Lydũ in campum prouocaris. Certe vt me vincas, nisi fortuna planè mihi aduersante, prædurus tibi exhauriendus erit labor, & saxũ plus q̃ Sisyphæum voluendũ. Sed citra ambages, dic vbi nam vis ludamus? A. In prato, in pascua post nostrũ pomariũ, vbi humi coniectam & inde resultantem, vltro citroq; mittamus pilam. N. Quî resultet pila ab humo graminea vliginósaq;, nec vllis vel ruderib⁹ cõplanata, vel strata lapidibus, vel pedibus ambulantium trita. A. Quid angeris animi? Eadem tecũ stabo cõditione. Quod tibi inauspicatũ & infaustũ erit, id non erit mihi faustum & auspicatũ. Quid est quod quiritêris, si simili tecũ fortuna vtar? N. Facilius laterem laues, aut littus ares, q̃ istic ludas, vbi nõ sit locus resultandæ pilæ. Quid iuuabit inanem operã sumere? A. Eia ne te maceres, ne torqueas te. Corripiemus lapidem aliquem latum & palnum. Vel potius asserem illum, quem oculis signaui superficie lata & æquabili iacentem retro post lignile nostrũ, vsibus nostris aptabimus. N. Rectè mones. Sed quid loci intimum, quid extimũ, & quid ab area penitus alienum existimabimus? Planicies campi est nimis æqua, nullis aut palis, aut ædificiis, aut aliis limitibus distincta, qui-

roept geen heet broot eert in den ouen is.

ghi sult sie dat ghi geẽ kint voor hãdẽ hebt.

ic sal v suer ghenoech vallen.

ter steut cuetsen.

hoe can de bal steuten opt sachte velt?

wat schijnt v bedocht? so goet v als my.

mẽ sou eer maken dat cattẽ gãsen eyerẽ leydẽ.

ic weet goet raet/weest nz letue tert breet ende glat.

wat sal bin tẽ oft binnẽ wesen?

quibus metemur quid intus aut foris sit futurũ. A. Nescis inepte, nescis, quid faciamus? Disterminabimus loca, & metabimur limites nostris vel cingulis, vel fasciis cruralibus. N. Pulchrè. Sed quis obseruabit nobis designabitque terminos, quotenus pila volarit, aut vbi sopita resederit, q sit idem & æquus vtriq;, quiq; pro me nõ magis stet, quàm pro te? A. Asciscemus & aduocabimus in eam rem paruulorũ quempiã, qui necdũ hanc ludendi teneat artem, quiq; nesciat vter nostrũ vel victoria potiatur, vel victus succumbat. Is ex æquo & bono, quod in rem vtriq; sit, metas cõmodè notarit. N. Placet, faciamus. A. Eamus igitur comparatũ nobis pilam mollem & habilem, facilemq; emissu & remissu. A. Eamus At qd vtroq; abito opus? tu solus & incomitatus ito. Ego te præstolabor hic tantisper. Fac eas redeasq; curriculo. N. Dabitur opera. Volasse nõ iste aut cucurrisse putabis. A. Pendes adhuc istic? Iam penè reditũ oportuerat. N. Redeo cõparata pila. A. Ain' tu? hui tam cito? vix Pegasus tam cito volet, aut Mercurius talaria indutus. Nisi pila quam manu gestas, esset argumento, vix crederem te fuisse in taberna pilaria. N. Ecce nobis pila vel niue candidior & pluma mollior, follem esse credas, nõ paganicã aut trigonalẽ pilam. Hac ludere, mirũ ni fuerit iucundissimũ. Quem hac ludere non iuuet? A. Modò sat grauis sit, quę spaciũ satis longũ trans-

Weet ghy geen raet? met ōs gordelẽ oft coussebandẽ sullent wy afteekenẽ, &c. Wie sal ons teekenaer sijn?

Wie vã ons beydẽ wint oft verliest

eenẽ goedẽ sachten bal eñ licht.

loopt ras ouer v voeten.

al haddy ge vlogen.

Co wit als een cryt, so sacht als wol.

tis lustich hier me de te spelen.

transmittat. N. Ociosus esto. Si quid vicij sit, ego præstabo. Si incómodam, inhabilem, & ineptam inutilemq́; comparatã senseris, id damni sarciã ego, meisq́; expensis & hanc solutã, & aliam meliorẽ emptã curabo. Quid vis aliud? A. Probè loqueris, quod æquũ bonumq́; sit dicis. Heus contingam & pensem, quàm meis manibus quadret. Certe cómodissima est. Dignus es, qui nobis omnibus sis ab emendis pilis. N. Men' ita væcordem & insulsum putabas, vt quicquid illi vellent extrusum, id mihi paterer obtrudi? vt nundinarer, vt mercarer, quicquid illi obtruderent, aptum siue ineptum? Non ita desipimus. Nouimus quid distent æra lupinis. A. Sed veniamus tandem ad certamen. N. Hem nihil moror, veniamus. N. Dum ego tunicam & thoracem meum exuam, tu nobis interea loci accersitum abito, qui nostros notet terminos, vt isto pacto meã emendæ pilę compenses operã. A. Faciam equidem ac lubens. Tu interim loca definito, vter intra lineã, vter sit futurus extra. En tibi meũ cingulũ, & crurilis fascia, quib⁹ vtare. Eho vide quẽ nobis asciuerim. N. Euge hoĩem appositissimũ, cui nõ sit alter ad hanc rem secũdus. Vah Petrus Houius Mechlinian⁹, Dauo astutior est & ocyor Euro. Multa norit oportet, q eũ fallat. A. Sortiamur iam nũc vter nostrũ prior pilã mittat, vter missam excipiat reuerberetq́;. Vter intus, vter foris sit cõstiturus.

doch hy nz/ ic salt goet doen.

ght segt eer lic eñ duechdelick.

dat ic so mal was/dat ic mi sou inde hãt latẽ steken dat sij. quijt willen zijn?

wi weten wel wat scol oft bot is.

teekẽt wat binnen oft buiten is.

siet, wie heb ick hier.

de rechte man.

so loos als een vosch/ gau als een cat.

Hem

Hem hoc age. N. Istud ago. A. Iaculabor in altum, vel cultrum, vel si mauis pileum meum. Vtram partem aut pilei siue concauam siue conuexam, aut cultri siue asperam & signatam, siue læuem & nullo charactere impressam, elegeris: ista si supina sit, & nobis aduersa cœlum spectet, priores habueris, & pro tuo arbitratu steteris, vtrobi velis: sin ista nobis auersa solum osculetur, ego vicero potiores partes, meumq; fuerit consistere pro libidine, vtrobi velim. N. Iaculare pileum in aëra: dicam volante pileo, vtrum eligā. A. Hem tibi. N. Eligo concauam partem. Euge cecidit pro voto. Ex sententia euenit. Quod cōcauum est, huc vergit: quod cōuexum, procumbit humi: meum est deligere, vbi stare malim. Mihi prouinciam accipio mittendi pilam, tibi relinquo excipiendi. An. Placet: quod cecidit sorti, pro virili tuebor. Quod mihi sortito obtigit, charum & gratum est. Spartam quam nactus sum, exornatum ibo. Mittito tandem. Sed heus tu, prima missio sit boni auspicij gratia, in neutrius vel lucrū vel damnum cessura. N. Perplacet. A. Mittito igitur, quando voles: ecce in procinctu sto mei regni fines defensurus, & repulsurus, quicquid huc appulerit. N. En mitto. Capesse. Hoc bene fit. Hoc bene vertat. Atat inauspicatū principium. Infelix auspicium. A. Euax, aerem verberasti non pilam. O factum bene. Beabis me, sic sic pergas. Si ita

por-

hol oft bol, tecken oft ontecken.

so suldi kie sen waer ghi wilt.

dat hol leyt bouen/ bol onder.

ic gae binnē ghy buytē.

deerste om s. Jors/ō de genuecht

ic ben ree. o

daer slae ge luck toe.

dats mis.

porrò pergas, vicero vel citra pulverem. N. Heus tu, ne triumphes ante pugnā, nec statuas trophæum ante victoriam. Necdū scis, quorsum res sit abitura. Nondum scis quid serus vesper vehat. Mane, mane, mox aliud videbis. Hoc auspicacius sit. capesse. Dixin' fore? A. Hei istud trāsuolat meū caput. Istud parum est à me prospectū. At nondū viceris. Longius abeā à linea oportet. N. Ha ha, abi q̄ longissime voles, spero te inanes excussurū culmos. Cribro aquam hauries spero. Laterē lauabis. Heus metator, ocyus te in pedes con iicito, pilamq; nobis redditum volato. Quid stas lapis? quin redditum curris? Eccam post te. Iam tibi dextra iacet. Iam iacet obuersa. Iam rursus auersa. Quid ita circumagis tever tiginis instar? Pernicem te & oculatum cau tumq; præbeas oportet, alioqui nobis remo ram facturus. P. Ecce me tibi promptū paratumq;. Proxima ripā missa erat. Hem tibi. Accipe promptis paratisq; manibus. Quin accipis? N. Pulchrè reddis scilicet. Quis tam inscitè datā, scitè excipiat, quæ amplius sexcentos pedes in diuersum auolet? P. Ridiculum, postulas tibi datum iri in manum? Stas quasi lapis, quasi stupidis membris, quasi truncis manibus. Sedentarium non cursorium posthac tibi certamen ineundum censeo. Plumbeæ auis instar volare videris, aut potius testudinis instar repere. Non hic, vt in pompis funebribus Iunoniū ingredi con

gadi so boort ic salt wel winnen.
Whapt v nz ghy weet noch niet wat paey merrten sanck.
ic moet ach terwaerts staen.
sneppē met lāge becke vangen.
desen esel hoe staet hy
al reed mā
ghi worpt wel stuen molen wt de wech.
wa de geck sal ickt v in hāt geuē.
ghi staet of gy de bruyt waert.

uenit. Volatum oportuerat, nedum cursum. Nisi moueas te ocyus actum fuerit de victoria. Quin & captus oculis videtur homo ille. In sole caligat. Non vides pilam in cóspicuo positam? Ponè iacet. Vel procul hinc video, albicantem & emicantē in graminibus. Hui pessundas pedibus, & nondum vides? Talpa mihi videris aut Tiresia aut Hypsæa cæcior illa. N. Quid cornicaris inepte? quid grunnis? quid coaxas? quid blacteras? P. Dixi modò, quid opus iterum dicto? Non canimus surdis, respondent omnia syluæ. N. Hic nusquam locorum sunt syluæ. Dic euidentius, quid tibi velis, si modò vis, respondeam. P. Miror stuporē, quòd ob oculos positam nó videris pilam, quodq; non exceperis promptius & dexterius, quàm si tibi nunquā pila lusum sit. N. Pulchrè tu quidem præcipis, at si in eadem sis naui mecum, aliter loquare. Omnes cùm valemus, recta consilia ægrotis damus: Tu si hic sis, aliter sentias. Sed valeant nugæ tuæ. Heus tu Antagonista capesse. A. Sto accinctus excipiendæ pilæ, mitte modò. Quid moraris? Cur toties fusam humi resultantemq; non vel tandem mittis? Videris mihi auium inuolucrium adhuc, volaturientiumq; conatus imitari. Cur non ad primum resultum mittis? N. Quid iubes, vt denuo verberem aera? Melius mihi consulam oportet. Circunspectius agam oportet. Considerato mihi opus est prospectoq; ne de-

Siet ghy de bal nz voer v oogen? ic sieen blic kē vā vers

Wat cakelt ghy cakelaerken.

men sal den doouē geen liet tweemael singē.

houd/hoet/ ta comen.

hoe steut gi so lang.

Waerō slaet gi nz teerster steut.

Wildy weer dat ick mis slaet/neen nz so mal.

denuo errem. Tu quidem tibi lucro reponeres, si quid errarem. At mihi vigilato cautoque est opus, ne mihi meusmet error sit fraudi. Pila mihi tam incommodè resultat, vt antè meis semper manibus effluat & subter labatur, quàm mittere queam. Præstolare tantisper, & ocium agito, dum paulò hunc lapidem commodius ponam. An. Video quid sit. Aquá culpat Ardea, quod vulgò dicimus. Hæsitantia cantoris tussis. De reduuia quereris, maiori obnoxius malo. Accusas lapidem, quò minus bene ludas, potius ipse accusandus. Sutelam texis, qua tuam imperitiam obtegas. Nic. Nihil moror risus tuos. Carpseris citius quod ago, quàm imiteris. Riseris facilius q̃ viceris. Non impune riseris curabo. Aderit spero mox Nemesis, q̃ risus istius exigat pœnas. Ego interim quod in rem meã fuit, factũ curaui. Suum quenq; ad quæstum æquũ est esse callidum. Suis quilque cõmodis ꝑ virili studeat par est. Iam pila commodè resultat. Excipe igitur. Vt sapit tibi hoc? vt arridet hoc? Hoc quod intriuimus, tibi exedundũ propinamus. A. Heu heu amburitur mihi manus vt carbunculus. Mirũ q̃ mihi carbunculet manus. Tanta vi impulsam misisti pilã, vt glandẽ plumbeam nõ pilã reuerberasse videar. N. Io rẽ mihi narras & auditu iucundam & creditu facilẽ. Vah crediderasss tibi rẽ esse cum puero. Pergin me adhuc delicias ludosque facere? Spero quo

ic moet het op mijn hãt passen.

tis al quaet water/sey de reyger.

de steen is wel/waer de speelder goet.

t'sal v wel gedrechẽ worden dat ghy lachẽ.

elc mach sijn scoonste weẽ.

hoe clinct v dat/ec.

knaut ghy dat ey.

ay mijn hant.

so stere als eẽ cloot wt een geschut.

meyndy eẽ kint tegen te hebben.

quoque mihi tempus euenturũ, vt tibi gratiam referam parẽ, vtq; tibi satis durum sim exhibiturus negociũ. A. Mihi interim sunt duo, quòd pila manserit atque desederit intus. Manus quidẽ mihi flagrat iamdudum, & inardet dolore. At hunc dolorem mihi absterſit modò & leniit hoc lucri. Laboris optimum condimentum spes lucri. N. Cape denuò. Quomodo hoc tibi adblanditur. Qua suauitate palmas tuas hoc titillat? Sed age quò euanuit pila? Manus'ne tuas transabiit? an in liquidum abiit aerem, quem ad modum naues Virgilianæ in nymphas? Tetigisse videris & repercussisse, at fugit oculos meos, quò nam auolarit. A. Vix extremis attacta digitis, humi defluxit mihi ante pedes. Non semp secundis ferimur ventis. Non arridet fortuna semper. Nõ semper secures fert fluui⁹. Fortuna est quãdoq; parens, quãdoq; nouerca. Nunc pluit, & claro nunc Iupiter æthere fulget. Alioqui ludere artis esset duntaxat, nihil in fortunæ arbitrio situm. Sunt tibi, quod mihi bene vertat, duo termini. Cõmutemus igitur loca, tu huc, ego istuc commigraturi. Si hactenus imperasti, nunc tandem disce, quod prius factum oportuerat, parêre imperio. Veni facturus periculum, qđ sit foris extra lineam consistere. N. Lubens fecero. Alterum me præstabo Chalcenterũ, non leui brachio missurus pilam. Balista nõ brachio me putabis vti. Credes Phalaricam

non

tsal v weer in gepepert worden.

tc salt v lãg genoch maken.

loon versoet den arbeyt.

houdt weer op eẽ nieu/ hoe ketelt v dat?

ten is altijt niet voor de wint.

altemet wel altemet qualijck.

laet over gaen.

hebdi al voor meester geweest, wort nv knecht.

non pilam mitti. A. Lubet experiri, qualem te his præstiturus artificem. Tu tibi videris vel ab Olympiis coronã posse petere: at mihi videris vix dignus qui palęstrice in Xysto verseris. Videamus, quid dignum tanto ferat hic promissor hiatu. Spero parturient montes, nascetur ridiculus mus. N. Imò tibi tellure videbitur exoritura Cum Ioue progenies depugnatura Gigantum. A. Adsint huc Gigantes, ego Iouem præstabo & conficiã. Huc adsint, præstabo Iouem, sternamq; Gigãtes. Ipse Gigãtomachus fratrem Ætnęum bene fundam. Ipse Colossæos fundam virtute Gigantes. Ætnæa reprimã prostratos mole Gigantes. A. At videamus em, quid præstes fulmine inani. Namq; ignauorum tela irrita & ipsa volabunt. Hem tibi, cape. Hoi hei, turpiter peccatum est. N. Audiit Rhamnusia arrogantiã istam, & pœnas expoposcit. Bene sperabam adfore Temessæũ Genium. Larus parturiit. Hæc pila mea. Vici vnum terminum. P. Vter tandem vestrũ aut victor aut victus abibit, miror. Istius commissionis qui sit futurus finis aueo videre. Videmini tã pulchrè compositi atq; commissi, vt cum Bitho Bacchius, cum Pacidiano Esernius non possent melius. Altero feliciter agẽte, turpiter se dat alter, atq; hoc rursum bonis ludente auibus illi more Mandrabuli res succedit. Cæditis, inq; vicẽ præbetis crura sagittis. Cædimini, & totidem plagis consumitis hostẽ. Non est

ic moet eẽs siẽ wat ghi men cunt. ghy meynt dʒ gi de keyser vangen sult. tsal op een lachen sot comen.

maect gi dẽ haen/ic sal makẽ dʒ ic conic word. v woorden sijn maer stof. ay och y/tis leelick gesla gen vã my. tis eẽ swint ey.

daer mocht zijn leuen geen beter paerken spelen.

quòd alter alterum sibi postferendum aut præ se contemnendum credat. Cæcus cæcam duxit. Cretensis cum Ægeneta. Eodem in ludo docti videmini. Comitem sibi duxit sepia percam. Coniunctus est suo Attabas Numenio. A. Hominem deridiculum, qui Pygmæus inter Polyphemos, Graculus inter cygnos, Anser inter olores haberi postulat. Inter aquilas (si diis placet) noctua: inter rosas anemôna: inter tubas tibia: inter luscinias corui gestiunt referri. Sus credo Mineruæ, testudo comparari vult Pegaso. Fluuius maris, Nanus Atlantis ambit nomenq; decusque. Formicæ est ambitio sua, & Serpho sua. Cui minus est corporis, plus oris adest. Natura pulchrè fecit paria, compensauit ore, quod demptum est corpori. Heus tu Pumilio, Mithragyrta non Daduche, ne sutor vltra crepidam: ne in alieno choro pedem ponas. Adhuc tua messis in herba est. Bellum Cononi curæ sit. Vbi prius bene lallare & pappare didiceris, tum demum veni, vt inter sponsos Penelopes aliquo habeare loco. Caue thoracem, ne vocem reddas per iugulum denique redituram. Pe. Vobis est facilimum vestris me verbis mordacibus, & minacibus protelare & obruere. At si vos vt cæteris ita & viribus vel æquem, vel præstem, non patiar mihi linguam minis vestris ita præcidi. En taceo, nec vobis quicquam obstrepo, ne in me conferatur culpa,

per

tis vos tegen vos.
Vrou vuyl ic heb v geuonden sey hannen.
Siet doch spiering en pin wil me veghelijck visch zijn.

die minst mogē hebben meest snaps.
Doet niet meer dā v beuolēts.
laet conigē met conigē begaen.
leert eerst pap eten comt dā.

gi hebt mi goet te versnauwen.

per me licet ludatis, quàm diu collubebit. Vos videte se virum vterque præbeat. An. Hem, loquacitas molesta & infesta. Iste Bombylius homo, Architæ crepitaculum, sua mihi garrulitate nimis obstrepera, fuit impedimento, quò minus bene luserim. Dum ego istud ago, & auribus haurire studeo, hem mihi pila irritis conatibus inter digitos effluxit. Velim tibi linguam istam infantilibus bene vnctam axungiis ne dicam stercoribus, vt agilius, lenius & mollius moueatur. Pe. Me miserum, iam in me confertur culpa immerentem, quod futurum augurabar. Vt canem cædas, facilis est inuentu baculus. Sed præstat taceam, ne faba in me cudatur omnis, neve sus, quod dicitur, acina non gustata dependam. An. Aha, iam tandem re male gesta obmutesce. Interim meæ in arctum coguntur copiæ. Interim mihi in cotem nouacula incidit. Interim infaustis mihi lusum est auibus. Interim ego in patrios cineres minxisse visus sum. Interim hanc iacturam feci, hoc damnũ accepi, voti mei irritus euasi, hoc lucro excidi. Quis mihi hoc damni sarciet, quod acceptũ est? Sed heus aduersarie capesse. N. Mane, dum mei lucri rationem tecũ ineam, dum supputẽ meum lucrum, ne postea me promouisse neges, quantum promouerim. Sunt mihi iuxta tecum quatuor. An. Quis it inficias? Nic. Quid scio, postea quidnam fa-

elc toon hē een man te zijn.

dese knapals wert mtquis lic spelen.

ter swijlen dat ick na b hoor.

ic wilde vs v tonge ter drete waer o my arm hals nv ist myn scult.

tis best dat ick swijge eer ic stoc uis teten crijge.

nu vbā ero ken is, als ict bycans gelozē heb.

weest vs te telle wat ic gewonnen heb.

ic reken so wel hier als ghy.

facturus esses? Semper duobus certantibus, quod alteri est damno, id alteri cedit in lucrum. Quod malis auspiciis lusum est tibi, istud mihi lucro est, siue istud infortunij acceptum referas illius garrulitati, siue tuo errori. Nihilo minus tecum vnà malo Harpocratem agat Petrus & taciturnũ se præbeat. Cõuenit eum presso obthuratoq; ore spectatorem modò agere, & obseruatorem nostri ludi, vt quo volet cunq; pila, promptis pernicibusque pedibus redditum nobis currat. A. Cape sis. N. Istud profectò fermè mihi anteuerterat. Ehem nonne prędictum oportuit? In cõtrouersiam venisset istud, & in iurgium abiisset, nisi promptus agilisq; fuissem manibus. Laureum gestaui baculum, vt dicitur, quòd tuas ita insidias euaserim. A. Quid vis faciam, vt Stentore clamosius, aut Dodonæo ære sonorius exclamem? & columnas rumpam? vis vociferer quantum nouies deciesve mille viri clamare solent, qui prælia miscent? Vis tibi canam tuba? aut tua causa raucedinem mihi comparem? Vis tuo nomine ad rauim vsq; exclamem? Vis me raucum tuo nomine reddã? Semel vociferatus eram, & indiciũ fecerã mittendæ pilæ. Si hoc egisses, exaudisses, inaudisses, nisi aliud egisses. N. Video qd sit. Vnusquisq; oportet prospiciat & consulat sibi, suiq; quæstus rationem habeat, cũ nusquã sit tuta fides. Cauto mihi opus est. Catum me, callidum, & circunspectum

ghy had mi na verrast. tsou in kijuage gheco mẽ hebbẽ. ic heb daer een goe engel gehient

sal ic mi sel uẽ hees crijtẽ om uwẽ wil e

stum præstabo. P. Quamlibet sua celeritate, sua pręcipitantia te opprimere, te præuertere, sua anticipatione te præcipere studuit, nihil tamen egit, neq; effecit, quin iam sexies viceris. A. Ehodum linguax, locutuleie, blatero, quin mutis? quin obtices? Non sat est tibi semel interdixisse verbis? Arbitraris illum esse parũ idoneum, sui lucri qui rationem habeat, nisi te habeat à calculis? Credis eum imparem subducendo sui lucri calculo, nisi tu sis ei ab abaculis? Nisi obstruas os, ego re infecta abiero. N. Quid obsecro stomacharis in Petrum? quid succenses Petro, qui neque tibi, neque mihi commodare aut incommodare potest? Autumas mihi non futuram fuisse mei quæstus rationẽ, nisi memorem monuisset Petrus? Sed heus Petre, ne frustra tibi concilies inuidiã, quòd mecum facere videaris, tantisper amabo tace, dum rogaberis. Vbi te sciscitabimur, sat tempori venies responsurus. A. Nunquid caput tuũ semel transmittere quibo? Summis conabor viribus, licet mei lacerti compaginem, quod absit, luxaturus sim, ac sedibus suis emoturus. Primùm, quòd solent palęstritæ, vt ceromate se aliquo inungant, ad maius robur membris comparandũ: ego in manum meam inspuam, manui meæ insputabo, idque mihi ceromatis loco ducam. Eia age nunc Andrea exere vires. Sint licet illi sex, nondum tamen victoria cecidisti.

ic moet voer my sien.

verrassen.

snapal

breetblat.

can hy self sijn eygen baet niet rekenen?

houd ghy v mõt nz toe, ic salt laten staen tspel.

compt ghy broech genoech.

al soude ick mijnen arm wt sijn lit slaen.

al heeft hy ses, tis noch niet verloren

Spero ventos tandem aliquando reflaturos, mihique secundos futuros, & illius nauim deserturos. Heus excipe. N. Præclarè tecum agetur, si eblandiri atque efficere poteris, vt se tibi fortuna vel vnico ictu matrem, mihi præbeat nouercā. Ægroto dum anima est, spes est: dum spirat, sperat. Tu quidem tibi modò non montes auri polliceris, at mihi videris spe tenui pēdere, nisi fortè, quòd non credam ego, tu speres fortunam tibi nupturam, qua vtaris tandem in omnibus & æqua & secundā. Erigis te, sperasque auram tibi aliquā posse afflare in hoc ludo: verùm ad fractam, quod dicitur, canis. Eò enim feci gradum, eóq; promoui, vt nisi dormitem, aut item quasi manibus post terga reuinctis, aut nisi fortunam mihi planè aduersam experiar, non sim victoriæ non compos futurus. A. Gloriare tu quidem quantum voles, at ex vno ictu coniectura factu erit facilis, in quem finem sit res exitura. Si hæc mihi fœliciter cadat alea, extra lutum pedes habuero, non amplius me cura momorderit vlla: ociosus in vtramuis aurē dormiero: in portu nauigauero: in meo luco & phano victoria fuerit sita: rem factam habuero: in vado & tranquillo fuero. N. Ohe desine exiguam & caducā fouere spem. Nulla enim tibi, vel admodum tenuis est spes victoriç. Spero sen ties ipse, ante victoriā fuisse togam palmatā tibi iniectam, quodq; priusquam mactaris, ex-

Marginal notes:

t'sal met v seel tieren

al issmē siet men staet seel swe- der op. ghy hebt al te cranckē hoep.

Eslape ict ns geheel. of swilt mi- ns heel te- gen loopē.

gelaet dit reys ken seel/ec.

loopt niet ms de huyt wech eer dz dē os gesla gen is.

excoriaueris: atq; quod priusquã coxeris, farinam insperseris. Expecta bos aliquãdo herbam. Vide ne imperitus nõdum anaxyride indutus, eam omnibus ostẽtes, quàm nescias quomodo sit sessura. P. Heus heus, expectate aliquantisper. Si finem huic ludo fecerit hic ictus, si colophonem addiderit, si supremum fastigium imposuerit, si extremã manum addiderit, quid agitè feret præmij, qui palmã tulerit? aut quo mulctabitur damno qui datis manibus herbam porrexerit? an priorem iuxta atq; posteriorem voltis occupet scabies? A. Rectè admones. Nam nulla fuit nobis præmij habita mentio, nec meminibus. Si mihi sit hastã abiicienda, quod absit, si mihi sit cedendum arena, & porrigenda herba, si fortuna mihi refragetur & aduersetur, vel hac re mihi plaudam, quòd nihil accepero damni, quodque nihil perdidero. N. Non sic, ô bone, non sic abiturum credas. Loqueris quasi plebiscita & leges ludendi receptas vbique nescias. Cretensis tibi mare nescit aut metuit. Ea fere solemus ludere hic conditione, quin & vbique gentium credo eadem ludi lege, vt qui prior victoria destituatur, pronunciet quanti lusum sit, quantumque damni prior accipere velit, & quantum post se speret facturum lucri. A. Bene quidem: nihil refragor. Nam si prima cadam victoria, quod nondum spero, non cadam secunda & tertia. al berliest het derde spel/&c.

het eerst ge Sæpenumero fit, vt qui primulum superior
swin is cop euaserit, ad postremū inferior discedat. Pri-
pe gespin. ma victoria est fortunæ blandientis quidem
coram, at clam fraudem machinantis fallax
lenocmiū, quasiq; altera manu lapidem ge-
speelsös ess stantis, panem ostentantis altera. Prima vi-
dobbelaers ctoria aranearum instar fragilis est, & instar
goet is nz Euripi instabilis. Rotæ volubili nititur, qui
dā ebbe ess prima victoria fidit. Prima victoria friabilis
vloet.

est, ficulna, infirma atq; fallax. Qui prima vi
die hē ver= ctoria elatus cristas tollit, friuola & fragili
blijt opt a= spe atq; gloria nititur. Qui ob primam sibi
nē tuer/dat victoriam placet, scipioni arundineo inniti-
naegecrijt tur, & inani gloria flagrat. Qui primulum vi
valt hem ctor euadit, plumbeo iugulat aduersariū gla
dick suer.

dio, & ficulna machæra, mox ipse ferreo iu-
die eerst gulandus ense. Venia primū experienti. Vin
swint is nz centi me semel, dij faxint male, faxintq; be
beloeft dat ne, si bis idem me deceperit & superarit. Vul
hialtijt win pes vt semel, at non iterum capitur laqueo.
nen sal.

Nescis sæpiuscule fieri, vt prima nō lites vi-
ctima, at iteratis sacris tandem ad votum
ist eynde fluāt omnia. Cocta numerabimus exta. Exi-
goet, so ist tus acta probabit. Ab exitu res spectāda est.
al goet.

Finis loquetur, vter vtri aut cedat, aut ante-
cellat arte ludendi. N. Ohe, quando cessabis
tādem eandem tundere incudem, & me ob-
tundere. Dic, placet lex, nec ne? A. Placet,
dat sal my vt dixi. Tam enim in meā rem fuerit quàm
so wel batē tuam lex ista. N. Pergamus igitur ludere,
als v. quid fabulando totum tempus conterimus?

Si

Si ita pergimus, tandem exempto atque exacto tempore, cogemur rebus infectis abire, & inglorij & ridiculi. Mitte igitur pilam. A. En tibi. N. Papæ, quò mihi tam diuersus abis? Quò nunc te proripis? Cur tam longè à scopo deflecteris? Isthoccine est ludere, tam in diuersum mittere pilam, vt neque si toto corpore sim alatus, consequar? Citius Ararim Parthus bibat, aut Germania Tygrim, quàm ego pilam in loca ex diametro penè opposita, auolantem assequar & reuerberem. A. Quid quereris? quid me accusas immerentem? quid prosperum hunc succéssum obtrectas? lusin' legitime? Quid? vis tibi dem in sinum? Si tibi in manū dedissem, tum demum visus fuissem legitimè lusisse? Cur istic stas? vt ocieris? aut manibus in sinum insertis vel arenam, vel gramina, vel aues præteruolantes sollicitis digitis numeres? nonne vt pilam quo missam cunque cautè & doctè excipias, atque reuerberes? N. Vah ineptis, somnias, insanis. Quî referiam ex diametro auolantem? Si vis ita fraudibus & dolo malo niti, actum erit de ludo. P. Ha ha he, non possum non ridere. Risu temperare nequeo, quanuis fortè mihi pòst ægritudini futuro. Nihil aliud quàm altercamini atque rixamini, idque planè de asini prospectu. Quid? videmini vobis tum demum vterque suis ludendi partibus bene perfuncti, quando acriter litigatū erit? An

hoe wilt gaet ghy?

al waer ic een reyger met arents vluegelen dat sou ic niet onder halen.

om eē luer merct.

doet wel hūnē wel spelen?

stren

strennuũ agere & pertinacem litigatorẽ., id demũ est strennuũ agere lusorẽ? Ohe, quando sat erit rixarũ? Quando tandẽ inter vos bene conueniet? cùm Nibas coccyssauerit? aut mare vitẽ protulerit? Si ita pergitis agere, præstiterit me abire. A. Bene mones Petre. Quid verò rixamur de lana caprina? Si male lusum est, doce, corrigã: sin bene, quid mecũ expostulas? quid cõmutamus verba? Stemus si voles Petri arbitrio, is si tecũ fecerit, & cõtra me pronunciet, hunc ictũ ducã irritũ, & pro tuo voto, eiusq; sententia iteratum curabo. Hac de re referamus ad Petrũ, eiusq; sentẽtię manus ambo demus. P. Men' vultis nodũ soluere vestrũ? Men' vestrę disceptationis & cõtrouersiæ diremptorẽ & cõciliatorẽ postulatis? Lubens id fecero, si modò in mea verba iuretis ambo. Dirimã vos pulchrè, si vestro vtriusq; cõpromisso liceat. Si vultis & cõpromittitis vterq;, secabo lepidè & cõponam vestras lites. Vultis igitur stare mea sententia? N. Stabimus, si ex æquo & bono arbitreris. Audiamus quale nobis arbitriũ sis cõfecturus. P. Non pepigistis certos limites, à quibus non liceat vel dextrorsum vel sinistrorsum deflectere. Nullum præfixistis scopũ, ad quẽ adamussim & quasi ad perpendiculum esset mittenda pila. Ad suũ quemq; quæstum æquũ est esse callidũ. N. Quid igitur arbitraris? iniquam illam missionẽ ratã mihi habendam? P. Istud equidem arbitror

&

als de binderen euen lanck sijn/ als twee sondagẽ in een weke comen.

sal ick v scheyen?

van herten gern/ woildy anders mijn woort den macht geuen.

c

elck mach zijn scoonste doen,

& censeo. Nic. Erras Petre, erras toto cœlo. Istud equidem arbitriũ eiuro. Non sto tuis dictis. A. Quid ni? Dixisti te staturum. N. Nego. A. Imò dictum insto. N. At ego pernego. Tibi Iupiter orbus est. A. Imò tibi potius, nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri. N. Impingis mihi crimen, cuius nõ sum affinis. Dixeram, si ex æquo & bono arbitraretur, mansurũ me eius arbitrio. A. Iustè arbitratus est. N. Imò perperã & iniustè. Iniqua sententia nusquã gentiũ tenere debet, ne si quidẽ ex integro & irreuocabiliter cõpromissum sit. Credin' mihi fore istud arbitrium irreuocabile? Non ita desipimus. Petrellus est huius ludi parum gnarus. Asciscamus quemlibet alium, in hac arena melius versatum, in quem integrè cõpromittamus, nisi à me steterit, quiduis damni feram, atq; hac lubens caussa cadam. Quomodo veri simile, cùm ego tibi stem Boræus, quòd tibi liceat auersa fronte pilam impellere vel ad Austrum, vel ad Orientem, vel ad Occidendentem, non horsum ad Aquilonem? Neq; si Pegasum pernicitate vincã, assequar istam pilam sic in diuersum auolantem. Si quocunque versus libeat, pilam tibi mittere liceat, & mihi sit persequendum, neq; si Mercurius sua talaria pedibus meis nectat, par sim reddẽdæ pilæ. Hui quid opus est verbis? Neniæ sunt & puerilibus crepundiis simillima, quæ tu moliris, quę tu mihi machinaris.

ghi dwaelt heel en al. ick sta daer niet met al len op. ghi liecht dz ia ghi liecht daer aen. ghi d swijt mi dat niet swaer en is. ick sal dit recht gern latẽ vallẽ. al swaer ic een vogel. tis kinder clap.

Plum-

Mijn blau gloſen die ghi bi brengt

Plumbeus iſte gladius, quo me iugulare: ficulna machæra, qua me cõficere niteris. Excuſat ſcilicet tuus compromiſſarius arbiter, nõ fuiſſe præſtitutum aut præfixum ſcopũ, nos nõ eſſe depactos ſcopum, quò mittenda foret pila. At quid opus præſcripto, cùm ratio ipſa dictet eò verſus mittendam pilam, vbi ſtet aduerſarius, neq; aliter vſquam gentium ludatur, imò neq; ipſe prior tibi aliam ludendi formam dederim, aliud exemplar agendi præſcripſerim? Alioq ſi te voluiſſem iſtiuſmodi ludere ſtrophis, cùm meum erat iſtic ſtare, ne ſemel quidẽ contingendæ pilæ tibi copiam feciſſem. Scio quid machineris. Cùm vides te fortuna deſtitui, & cadere victoria, rem hanc certam, & nulli cõtentioni obnoxiam, tu nobis in dubium controuerſiamq; vocas, & iſto pacto rimã quæritas, per quam elabare, ne videare victus. Quæris vias, quibus effugit Eucrates, vt es natura controuerſus. Sed anthericum metis, quod dicitur, & littus aras. Probus luſor legitimè ludit, nec vllis vtitur technis, etiamſi nullam depactus ſis legem. A. Imò probus luſor nõ cõtrouerſabitur, nec verba commutabit ob vnum aut alterum teruncium. Quid refert, vincam, vincar? Non agitur de capite. Vnius aut alterius oboli iactura nõ eſt mihi ponderis tanti, ob quã multis tecum verbis digladiari velim. Mallẽ felicibus armis dependiſſe caput, ſi neceſſitas & vtilitas Reip. ſua-

had ic v so wille bi de nase gripẽ.

ghy soect futſelboeck

eẽ reyn ſpeel der ſpeelt reyn ſpel, al iſſer te voren oock nz geſeyt.

ten coſt geẽ lijuen.

deat

deat, quàm in re leuicula sordidus videri. N. Si parui pendis tantillũ damni, quid est cur mecum adeò iurgeris, præsertim iniqua motus & nixus causa? Quin iubes reddendam tibi pilam, vt istum ictum retractes redintegresq;? A. Quid istud? Mos geratur homini suum decretum mordicus tenenti, viamque obfirmanti, quam semel decreuit, persequi. Heus Petre, pilá mihi reddito. Redauspicandus est mihi hic ictus & quasi recoquendus. Rescindendus est mihi & reformandus hic ictus, ac quasi sub incudem reuocandus, vt huic homini obtemperẽ. Hoc canticũ semel bene desaltatum, recantandum est mihi, resaltandumque. Hic ictus mihi repudiandus est, & in nihil vertendus, atq; adeò resarciendus. Dissuenda est mihi & redordienda hæc tæla, ac denuò retexenda. Hem quid agitas homo? iubes'ne mittendam pilam? quid igitur aliud agis? Quin accingeris accipiendæ pilæ? N. Istud ago, quando voles, anime mi, ludito. A. Vt nunc gaudet in sinu, vt plaudit sibi, vt ouat, vt in sua sorte acquiescit, quòd suę libidini obsecundari videt. Prospice, en tibi pila. N. En tibi vicissim? A. Hem tibi rursus. N. Hem tibi denuo. A. Heus accipe iterũ. N. Quin & tibi reddimus eodem precio. A. Par pari referimus nos quoque, accipe obuiis vlnis. N. Compensamus beneficium beneficio. capesse. A. Et nos par hostimentum rependimus. capesse denuo. N. Nõ lu-

geeft al de bal dat ick verslae.

latẽ syi de kijuerkens toegeuen.

weẽ slaen/ op eẽ nieu verhalen.

heb it eens wel gedãst ick moeter weder aẽ.

ic moet de caetse verslijten.

waer sijn v sinnen.

siet hoe blij is hi nv mẽ hẽ sijn willekẽ doet.

lubet amplius persequi. Quid opus negocio tibi exhibito? Res penè ad triarios tibi rediit, & ad incitas redacta est. Ne despódeas animum, vnum saltem istum tibi terminũ concedo euincendum. A. Aduersariorũ munera, non munera. vt Hector Achilli, sic mihi cedis. Nisi excidisses nuptiis, non mihi tuam cessisses sponsam. Lingua non mente das, quod ambitum assequi nequis. Plurimum tibi dolet, sat scio, quòd hac me victoriola donare cogaris. Si potuisses mihi hunc quoque faucibus eripere bolum, cursu non destitisses, nullusque permisisses hoc saltem mihi in lucrum abire. Ni. Si non maiorem gratiam tibi videor gratificatus bene merendo, dabo operam vt male merendo, nullam posthac gratiam videar ambire. Experire num tibi alterum præterea concedá terminũ. Vnico hoc ictu, qui restat, facta transacta reddam omnia. Victoria mihi in sinu est, neque discingor. Victoria mihi in manu est, neque eam mihi patiar effluere. Defunctus iamiam ero omni periculo, nihil erit quòd repugnes amplius. A. Ne nimis insolens atque superbum istud sit modò. Omnium rerum vicissitudo. Nihil stomachor, aut tristor, lubens fortunæ victrici manus dabo, si res ita ceciderit. Quæ nunc refragatur fortuna, aliàs fortè suffragabitur. Æquo igitur bonoque ac placido animo, vtcunque cadat res, en tibi mitto pilam. N. Ad-

ic weets v genē dāck.

had ghȳt mogē belet tē, ghi weet daer v best om.

sȳdy so ondanckbaer ic sal v echter niet toegenen.

ic salder nv haest doorwesen.

nv dus, morgen anders

ic mach wel lȳden dat gȳt wint

Aduolet huc, gratulabor aduentum non læ
tis osculis. En tibi reddo. Hei tua istic in- ghy ſtaet
dustria friget omnis, ars iacet. Quid decli- daer op.
nas? Quid vitas pilam? Quid oculos auer-
tis? Hui vt horrescis, viribus ac veniat si tor
ta Phalarica summis. An. Atat fermè mihi
afflarat & afflixerat nasum. Isto pacto na- dat was ns
sum male affectum, & manantem sangui- herte van
ne essem relaturus, aut liuorem oculorum minē nues
lucrifacturus. Si tanta vi genas meas percu-
lisses, aut in luminum meorum sedem arie-
tasses, oculos mihi liuidos atque luridos, aut een paer
nares sanguine rorantes, stillantesque reddi blau oo-
disses. Ab isto ictu liuorem duxissent oculi, ghen.
& nares sanguine pluissent, nisi cauissem.
N. Metum inanem metuis. Vmbram tuam een rechte
metuis. Muscas metuis præteruolitantes. Cre bloode cat
do quòd vel obstrepente mure metuas. Si a- ſijt ghy.
gilius manum admolitus esses agitassesq́;, pe
riculi fuisset nihil. A. Omnes cùm valemus
recta consilia ægrotis damus. Tu si hic fuis- ghy hebt
ses, aliter sensisses. Omnes cùm in portu na goet ſeggē/
uigamus, magnum animum gerimus, & in mer ſwaerdt
promptu habemus, quid consilij demus, pe- daer te ſwaer
riculo iactatis: at si versemur eodem in discri ghi ſoud an
mine, perplexi & ipsi trepidemus. Sed quid ders callen.
moror tantillum damni, quantulū mihi pe-
perit hic inauspicatus ludus? Abundè lucri
est, quòd tantisper indultum sit animo, tem ick heb im
pusq́; lusibus oblectatū. Verū nunqd times mer genucht
ne lucrū tuū fraudē, ne lucro te tuo frustrer? vooꝛ tölien,

P

gy en ßinct niet seer na tgelt. | Pe. Persuadeo mihi, quod res est, Theagenis aut Æschinis tibi pecunias esse, quibus, cum mare vitem protulerit, soluas quod debes. Credo tibi loculos esse inaniis & araneis oppletos magis q̃ pecuniis. In promptu habeo consilium. Si non est quod numeres, est quod pigneres. Fac tunicam esse pigneraticiam, aut, si mauis, thoracem præbe pignerandum. Neq; enim quicquã aliud præter vestes & vacuam crumenam tibi in numerato esse credo, quod oppigueres. A. Tace Petre, nisi pugnos edere malis. Quis te rerum harum cepit arbitrum? Nondum postulatus sum debiti. Tu tuo pede metiris omnes. Cùm tibi nihil sit æris, itidem credis & nihil esse nobis argenti. Plus mihi adhuc est argenti, quàm ludendo velim profundere. Imò si nihil esset præter vnum obolum, cæterum grauiori nexu tenerer, nec impræsentiarum ad plenum essem soluendo, datóque vel vno obolo maximam partem debiti reliquarer, nihil dubito quin vel vnum terúcium esset Nicolaus meus æquo animo accepturus, & citius reliqua remissurus, q̃ ob ea mihi dicam scripturus. N. Non est quod metuas, me facili vteris creditore. Non ero tibi seuerus interpellator exactorve. Agam creditorem, & patiar te esse in ære meo, q̃diu voles, nec appellabo. Credam tibi hoc lucri, quantum voles temporis. Sumus mutua necessitudine atque amicitia coniuncti: neque

Marginal notes: tscabbeken sal goet pãt syn. — buysten broot etẽ. — Ic wil v wel borghen/so langt v believt. — hoe wel goe vrindẽ wiẽ goe vrindẽ moeten goe vrindẽ bliuẽ

neque eam solutam aut discissam arbitror, licet nonnihil altercati simus. Nam ex me coniecturam facio, tibi non esse loculos ære distentos, cùm nunc instet tempus ad patriam redeundi, & nouum cómeatum comparandi. Meo pede metior alios mei simi-les. P. Ohe satis est, ne fortè vel Corycæus quispiam auscultet, vel præceptor ipse vs-quam locorum se abdiderit, & nostras obseruet nugas, & postmodo pœnas à nobis exigat. An. Quid si videat & inaudiat omnia? quid peccamus? nónne ludendi arbitrium est nobis factum? Panicum est quod metuis. Ni. St: Audiamus quis clamor auribus nostris aduolet. Quis nobis acclamat? Quis age clamor nostris aduoluitur aurib⁹? Heus tu quis occlamitat nobis? Quid illa exclamatio sibi vult? P. Heus Sibrande, quò concurritur? Quid clamor sibi vult? S. Nescis ô bone? Mediastinus conclamat ad merendam. Inclamamur & accersimur pomeridianum ad cibum sumendum: ad antecœnium capiundum. P. Huiuscemodi vox nihil mali obnunciat. Nihil iùcundius aures meas afflat: nihil lætius influit auribus: nihil aures meas titillat mollius & suauius, quàm dum aut conuocamur esum, aut ludendi potestas nobis factum itur. Sib. Eadem & mihi mens est, idem animus, eadem sententia. Sæpius est mihi animus in patinis, aut in sphæristerio, vt ingenuè fatear, quàm in

dat hier gel luysterhinc.

eē blaes mȝ boonē op v noes hzeest ghy.

wat geroep is dat?

men roept tot dē achternoē ouibijten.

dats eenen roep die ic gern hoor.

libris. Nulla mihi vox tristior, nulla odiosior aures personat, quàm qua vel ad libros euoluendos, vel ad dictata reddenda compellimur. A. Sed quid resistimus hic frustra, & illorum nugis aures præbemus? N. Imò audiamus. Bithus reperit suum Bacchium. S. Nihil auidius bibo auribus, nihil blandius insonat auribus, quàm vox præceptoris ludendi nobis arbitrium facientis. Statim audita voce, ludite, videor mihi esse in cœlo. Nihil potest dulcius resonare in auribus meis illa voce, nihil amœniori voluptate permulcet aures meas. Contrà nihil molestius pulsat aures meas, nihil odiosius percellit aures, q̃ quo signo vel ad vocem viuam audiendam vel ad mutos magistros cósulendos ire iubemur. Semper manè cùm expergiscor, cùm euigilo, cùm somnus cadit oculis, primũ cómeditor, & animo mecũ voluo, qualisnã illucescat nobis dies an feriatus an studiis dedicatus. Si dies lusibus oriatur oblectandus, diffundor animo vultuq́;, & ex nido lubens citusq́; euolo. Sin studiis videatur dies accommodandus, grauor lucem matutinã, frótem capero, animũ cótraho, grauiq́; veterno corripior, vt si liceat, malim perpetuũ diem & dormire & ieiunare ac scholis abesse, q̃ surgere lecto & interesse ludo literario, ac statis horis vacuum subinde ventrẽ cibis opiparis satiare. Ita priusquam ex cubiculari lecto exsiliam, desideo striata & astricta fróte fermè qua-

Ic hoor seer noode te lesse roepẽ

Swaerõ blijuẽ wij staẽ hooren na haer brabbelmerct.

Dat hoor ic seer garn.

My grouwelt dat ict hoore.

Oft mẽ spelen oft studeren sal.

quadrantē horæ, partim caput ſcalpens, partim manus confricans, partim pandiculans & oſcitans, partim aīo mecum neſcio quid imaginās, aut huc illucve flectens oculos, & aliquando numerans quot quadris aut quot quadrātalibus, noſtra ſpecularia conſtēt. P. Nę tu mihi ſimilimus es. Eadē iſta mihi quoque frequenter inceſſit cogitatio. Sed miſſas faciamus has fabulas. Vide vt confluunt ad culinā, cōuolemus & nos eôdem, ne comeſa merenda, poſt feſtum veniamus, vbi proteruiam feciſſent. S. Eamus curriculo, ne ludendi q̄ edendi dicamur auidiores. P. Imò ne ad ludendum quàm ad ſtudēdum videamur ꝓpenſiores. Nam quanuis acu rem tangerent, qui illud impingerent conuitij, talis tamen haberi nollem. S. Nec ego. Hem tibi præeo. Occupet extremum ſcabies. P. Hem tuis veſtigiis inſto, teq; ſubſequor. N. Quàm pulchrè ſuis ſe coloribus depinxerunt. An. Graphicè profectò, vt nec ipſe melius potuiſſet Apelles. N. Sed valeant iſta. Cæterū quî fit veriſimile, vt vnum hunc ludum ad antecœniū vſq; protulerimus? An. Plurimū temporis fabulando atque rixando contriuimus. Periculum eſt, & ſcommatis excipiendum, quòd tātum temporis exemerit nobis vnicus hic ludus. N. Quid ſi in hanc partem interpretemur tanti temporis iacturā, ſi hoc modo noſtris blandiamur erroribus, ſi hoc verborum lenocinio nobis palpemur,

hoe veel rutē ſijnē int gelas. alleleēs bē ic gelijc gi.

dat wij de vont nz in de pot en vinden.

datmen nz en ſeyt dat wij liever ſpelē dan eten.

dat wij dit ſpel dᵉ lāg maecten.

tis lachēs weert.

animosque solemur nostros, vt dicamus, si quis nos risibus incessere volet, nobis nostra sponte exercitationis caussa tam diu lusum, & artis nostræ periculum esse factum, vt aliâs, si quando in serium certamē sit descendendum, instructiores & promptiores veniamus. An. Callidum commentum. Interim id ne sis nescius velim (repetam enim ne fortè effluat animo, & triumphum tibi decernas totum) non omni penitus me victoria exutum, sed dimidiata potitum, vt dum tu triumphes, mihi saltem ouare liceat. Nam euicimus terminos, ego vnum, tu duos. N. Vide quid factites, ne tuo iumento tibi malum accersas: ne tibimet ipse mali fontem reperias, ne irrites crabrones, ne Camarinam moueas, ne octipedem excites, ne tuo ipsius capiare laqueo, ne in tuum ipsius malum lunam deducas, ne tuo tibi te iugules gladio, ne anagyrim commoueas, ne turdus tibi malum caces, ne capra contra te cornua, si mecum exactam rationem inire postules. Sin tacitus te victum agnoscas, vt par est, totius multæ, quantam commisisti, gratiam tibi sum facturus, nisi tu fortè dicas, non nisi talitro lusum esse, atque ita tibi sedeat, cùm vt conuenerat inter nos, sit tuum pronunciare, quanti lusitauerimus. An.

Siet dz ghi ns op uwē hals haelt. ist dat ghi soect ghi sul let vinden. begindy te twerē ic sal ms sprekē.

ic salt v al quijt schelden.

Dicite io pæan, & io bis dicite pæan,
Indemnes pulchrè lusimus arte pari,

Hoc

Hoc tibi distichon pro præmio largimur, partim alieno ingenio, partim nostro Marte compositum. N. Apage, non accipio mendax distichon. Dono tibi potius atque remitto totum, quod lucratus sum. An. Cur mendax? Imò lusimus arte pari, sed fortuna vsus iniqua porrexi herbam, aliâs mihi quam dabis ipse vicissim. Ni. Logi. Verum sat fabularum. Omnes abierunt sumptum merendam: eamus, si voles, & nos. A. Hem tibi præcurro. N. Ipse sequor. Imò cursu tibi facile anteuerterem, nisi fores pomarij reliquisses mihi obserandas, quas prius oportet occludam quàm huic auolem.

ic schelt v quijt.

ic hebt moeten geuen.

tis clap/tis bueselinge.

¶Ioannes Timanni Goieranus Amstelredamensis, & Dauid Guilielmi Zuderguoldanus. Io.

Videris nunc longè alio & quidem alacriori atq; exporrectiori indutus vultu, quàm pridem. Facies tua meram præ se fert alacritatem atque læticiam. Nuper autem vnum & alterum abhinc mensem tam caperata, contracta, tetrica, corrugata, striata, astricta, obducta, nubila, tristique eras fronte, quàm si cepas edisses, acetum bibisses, sinapi victitasses, aut ex Trophonij specu nobis redisses. Dic amabo, quę sit ista metamorphosis noua? Si thesaurũ quempiam reperisti, aut loculos ære refertos & distentos, sim ego dimidij obsecro particeps, me precor istius dimidiati participem facito.

gi schijnt nu blijde te sijn

v aensicht stont so vuge, so suer.

hoe ist also verkeert? hebdy wat leckers geuonden?

Nam meum marsupium inaniis & araneis iamdudum est plenius quàm pecuniis. Si tibi diuitiarum vis magna humi defossa, aut crumēna bene nummata est vsquā reperta, fac me dimidio vel aliquantulo saltem impertias. Si tibi alicunde dextro Hercule aut virgula diuina vel obuenit nummorum cumulus ingēs, vel Pactolus aureis scatens arenis affluxit, vel grauis argento est reperta ascopera, dimidia istius parte, rogo, me participato: istam dimidiatam, amabo te, participem. Da. Non potest homo semper eodem esse vultu. Nam vt cœlum variat, nunc pluit & claro nunc Iupiter ęthere fulget, nec nebulat, nunc venti bacchantur, & tempestas furit: nunc rursus venti posuerunt & sudum est atque tranquillum. Quin & æstatem hyems excipit, & hyemi rursus æstas succedit. Sic & homo nunc tristis est, nunc lætus. Io. Non ita me tuis phaleratis, ô bone, lactabis & circunduces dictis, nec ita amolieris. Quin dic quidnam repereris? Da. Vis dicam? Io. Istud ni postulem, non rogem. Dic amabo. Da. Nescis ipse quid sit? Io. Quî sciam? Da. Quasi nescias. Te scire dissimulas. Te nescire simulas. Cretensis mare nescit aut metuit. Io. Enecas: dic quid sit, neque me diu suspendito. Da. Breui inuises matrem tuam, atque ego itidem meam. In patriam enim proficiscemur hybernas nobis comparaturi vestes.

Wie can al tijt euē eēs gestelt sijn de locht vāandert dickwils, nu ist goet weer dan quaet weer/so de menschen oock/&c.

Ic sal mi so niet laten bepraten.

Wild ict nz ic soud nz vragen.

Hoe slecht cunnē hun de luyden houwen?

Ibi-

Ibique vnam & alteram lusitabimus & ocio indulgebimus hebdomadam, atque à lectitandis libris feriabimur. Quid ni igitur exporrigam frontem, gaudeam, atque triumphem? Amplius mensem huius iam profectionis me tenuit desiderium. Nouē adhuc aut decem, opinor, dies abest hæc profectio. Imò mihi videtur plusquam sesquiannum abesse, tanta expectatione crucior, tantoque matris videndæ capior desiderio. Iam nunc ad calculum vocaui nō modò dies, sed & horas, quot hic cōmorabimur adhuc. Io. Præstaret quòd ad vnguem teneres, & in numerato atq; promptu haberes, quot sententias obseruatu dignas, quot schemata, vel tropos, quot colores, quot phrases bene latinas, denique quot voces exculctas & à proletario vsu alienas tui tibi propinarint muti magistri. Abi & auritum tibi cura iniiciendū cucullum, qualem solent gestare moriones, vt qui stulticia parum ab eis abhorreas. Da. Malam rem tu potius hinc abi, & ad coruos. Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus. Io. Quid loqueris ita contumeliose? Itan' irasci & feruidum esse ira, vt animi impotens ignores quid effutias? Da. Bene dictis si certasses, audisses bene. Qui quæ vult dicit, quæ non vult audiet. Talia dicentur tibi, qualia dixeris ipse. Si non male dixisses prior, neque audisses male. Vt salutasti ita resalutatus es. Cur me bardum,

ic heb wel een maent lāc daer na gehoept.

twaer beter dat gy op'v duymken wilt v les.

dattet scoō latijn waer

loopt trect de sots capaen. ghi behoeft wel ooren met bellen.

gi moecht mi wel de hant geuē.

had wel gesprokē mē sou v wel geātwoort hebben.

die eē ander leet wil seggē moet er oec hoorē.

bliteum, ac morionē nuncupasti? Si quid temerè & stultè vel dixi; vel egi, mihi peccaui, non tibi. Multa aūt noris oportet, priusquā huic stulto verba des atq; imponas, priusquā me circunscribas & circunuenias, priusquā mihi fucum facias, palpum obtrudas atq; os oblinas, ante q̃ me inefces, aut vlla re emungas. Io. Quid est, quod tu quereris? Non est tibi facta iniuria. Si quid dixi, ludens & iocans dixi, non seriò. Non te contumelia affeci, quanta tu me. Non tantā ignominiā tibi irrogaui, quantā tu mihi. Non tibi tam fui contumeliosus & iniurius, q̃ tu mihi. Non tibi tantam dedecoris inussi notā, quantā tu mihi. Nominis mei splendorē offuscasti. Labem dignitati meę aspersisti. Famam meam denigrasti. Grauib⁹ me probris dedecorasti. Mihi exprobrasti, quod nemo bonus aut cōmittere, aut sibi à quoquā opprobrari sustineat. Existimationem mei sinistris verbis læsisti atq; lacerasti. Pessimū mihi probrū obiecisti. Talem in me iecisti cōtumeliam, qualem ipse nolis ferre. Intolerabile in me torsisti opprobrium. Nimis amarum iaculatus es in me fulmen ignominię, quale in te neq; ieci, neq; iecerim, neq; iactum feras. Honori meo tenebras offudisti. Nefarium mihi facinus impegisti. Quòd enim me ad coruos ire iubes, quid aliud quàm quòd mihi crimen capitale, nescio quod, impingis? Quid igitur? mihi'ne furti conuicium facis? Men' furti

ontmalt mi swat.

ge? bgeltje gescijiet.

tus om iock nz in nernst

tc en heb b noch so nz gehadt als ghi mi ghehadt hebt. ghi hebt mi te nae ghesp͛oken.

hiet ghi mi niet eē diefte zijn?

furti arguis? Men' furem inclamas? Manticularium me aut furem criminaris? Credo istud docebis, aut si nequeas, quod sine dubio nequibis, infortunium feres. Non impunè auferes. Non sic abibis inultus. Vbi primú in patriam venero, hanc querelam apud patrem meum deponam, & causam tuam ita agam, vt aliàs linguam istam sis maledicam moderaturus, & os impurum obthuraturus. Pater meus audita ignominia hac parentem tuum, sat scio, adibit, & in eum reuomet hanc contumeliam, iste spero te excipiet dignis modis. Habebam non nihil pulchri tecum cómentandum, cuius mihi semper in mentem venit, quandocunque profectionis in patriam incessit animum meum cupido. Cæterum nunc me cómouisti adeò, & mentis penè impotem reddidisti, vt non succurrat, vtq; animum meum non queam ad id cogitandum & recolendum instituere.

ghy sulter so niet af comen.

ic salt mijn vad clagen.

hi sal v wel te dege doer nemen.

ick soude v swat reyns geseyt hebben, &c.

nv hebdy mi so verstoort.

D. Ne ita ebullias ira, ô bone: ne ita commoueare & efferuescas animi impotentia. Sedato & tranquillo sis animo. Ne stomacheris ita, ne debaccheris in me. Furor iste desæuiat. Deferueat ista sanguinis ebullitio. Detumeat ista animi commotio. Residea tumor & cómotio mentis. Deflagret & exsæuiat ira ista. Parce irasci. Tempera iram. Moderare animo. Quid ita irritaris? Quod dixi, non tam iniquo profectum est ex animo, quàm accipis ipse. Secutus leuiter vul-

bedout v doch swat.

ic seyt swt sulcké quaden hert nz.

ga-

garem loquendi modum, non ex animo loquebar. Neque enim te dignum mala cruce censeo, quod longè lateq; absit, neq; cupiam vel te, vel quenquam abire malam rem. Agè dic, si quid habes frugiferum, & auditu dignum. Io. Animum reddidisti. Dono & remitto quicquid in me peccatum sit. Dicam igitur, quando miserè cupis. Quid enim tibi denegem? licet nunc simus non nihil altercati, at nondum refrixit & intermortua penitus est pristina charitas. D. Amabo te dic. Io. Ausculta. D. Istic sum. Io. Cùm annis superioribus primù in patriam proficiscerer, peregrinatus studij gratia paternis ab ædibus annum vnum, vix eloquar quàto delibutus fuerim gaudio iam paternos ingressus lares. Videbar mihi esse in cœlo. Sed paucis pòst diebus, cùm illius gaudij impetus, quo animus luxuriauerat, deferbuisset, hilaritas defluxisset, atq; læticiæ defloruisset vigor, tum demum animo mecù cogitabam: Bone Deus, quanta erit læticia, quantus triumphus, quando in eam patriam postliminio reuertemur, vbi fœlicitas nullo termino claudetur, gaudij nullus erit finis, vbi sempiterna immortalitate & inexplicabili atq; inexhausta beatitudine perfruemur. Huiuscemodi semper mentem meam subit cogitatio, quando sarcinæ sunt quotannis colligendæ & componendæ, quando talaria sunt induenda, & in patriam est auolandum. D. Pius

latet mi me
swetē, hebdi
swat gaets.

want ghÿt
seer herte-
lijc begeert.

oude liefde
is noch nz
al ōgaen.
nu luyster
ick toe.

oe de blÿde
moet swat
ōgaē swas.

daert altÿts
bzuechde
wesen sal.

Pius & religiosus es qui istiusmodi cogites. Me quoque posthac ita comparabo, vt talia subinde voluã animo. Io. Quin & illud prouerbij sæpenũmero menti meæ obseruatur: Si tanti vitrum, quanti margaritũ? D. Quid diuerbij istud est? Io. Si tanti facimus patriam hanc terrenam, eiusq; tanto desiderio tenemur, quam vel hostis facile mortalis depopuletur, vel incendium vastet, vel diluuiũ obruat & exscindat, vel alius casus Deorum ira immissus deleat: quanti facienda cœlestis patria, & quanto ad illam desiderio aspirandum, quam nulla vis inimica, nulla pestis incendij, nulla diluuies, nullus denique casus alius procellere aut afflare potest? Atque hinc mihi subit admirari subinde nostram somnolentiã an peruersitatem dicam, quibus vitrum pluris est margarito, pluris fluxa atque caduca æternis, pluris terrena cœlestibus. Sed cogor abire. Nonnulla me vocant negocia, quæ mihi ad hanc horam sunt obeunda, nec tempus hoc dirimere, aut horam hanc diffindere possum. Tu igitur si voles huiusmodi subinde cogitato & ipse. Da. Faciam. Sed heus. Io. Quid est? D. Rogo paulisper adhuc resistas. Habeo & ipse quiddam non pœnitendum, nec indignum auditu, si modò vacet audire. Io. Hem resisto, dic. Da. Quales plærique sumus omnes, eiusdem quoq; farinæ iam re ipsa com peri esse te. Io. Quid mirum? homo sum, hu-

ma-

hoe seer hoo rẽ wij daer na te habẽ?

dat wij lieuer paerde stront/dan vijgẽ eten.

ic heb wat te doen.

dz niet te v̄ woꝛpen is.

al met eenẽ sope begotẽ

ick ben een mensch en geen calf.

mani nihil à me alienum puto. Dic tamen, quid istud? D. Omnibus nobis probitas laudatur & alget. Itidem tu quoq; pulcherrimè disseruisti de via ad cœlestem patriam affectanda: cæterum quod pace tua dixerim, nõ admodũ respondent tuis dictis facinora tua, quod & omnibus nobis vsu venit. Ia. Quid ita? D. Dicam, si patienter & placidè voles audire. I. Quid ni? Insignitè malum sit oportet quod audire non liceat. D. Multa vel audire vel facere licet quidem semper, at non continuò libet. I. Imò libet audire. Expedi. Nã auocor hinc. D. Dixisti modò, sæpe animo tuo obuersari, quanto desiderio patria cœlestis sit habenda: verùm quid tam pulchra cogitatione dignum præstas? I. Quid indignũ præsto? D. Audies, si modò voles. I. Quorsum ambages? dixi me velle. D. Scin' quantis modò fluctibus irarum estuaueris, cùm audires vnum à me verbum, quod in contumeliam tui dictum raperes? scin' quibus me minis territaueris, & quib[9] me modis à patre meo excipiendum non modò speraueris, sed etiã te procuraturũ minitatus sis? Isthoccine est via, quã tenditur & aspiratur ad superos? I. Video, quid sit. Quæris expostulationẽ, qua me incessas. Vale. Da. Quando ita vis, vale quoque. Ita sumus omnes, mendacia quibus ab assentatoribus oneramur, & quasi meritis laudibus ad cœlũ efferimur, suspensis & pronis auribus, animisq; lubentibus & lætis audi

swij seggen swel beel vã God/maer swij doenẽ niet na.

ick moet swech.

ic boel swel swatter af is/ghi beghint te swoeten.

swi hoozen gern dat me ons pzijst.

dimus. At veram libertatẽ, qua nostra vicia nostris oculis ad errata nostra cæcutientib⁹ subiiciuntur, auersamur & fugimus. Neque hic eximendus sum ipse numero aliorũ, sed planè redigendus in ordinẽ omnium, vt vineta egomet cædam mea, cùm solus sim sine arbitris, & à nemine exaudiar. Linguam & ipse habeo ad loquendum de virtute satis promptam, licet sint alij me multo promptiores & eloquentiores. Verum ad virtutis officium obeundum tam sum claudus, tam mancus, tam elumbus, denique tam tardus, quàm corbitæ in tranquillo mari.

mer datmẽ ōs de swaer heyt seyde. te en den oȝ meer reyn dā eē andr. te moet my seluẽ besten

mer ō swat goets te doen/ &c.

Hic labor, hic opus est, hic laus splendore perennis,
Hic immortalis gloria, & ipsa salus.
Nam virtute salus venit, & virtute beamur,
Ac virtute deûm cœtibus inserimur.
Metiri virtutis opus sermone loquaci,
Omnibus heu promptum est, nõ itidem officio.

¶ Ioannes idem & Gerbrandus Corneliades Amstelredamus, de reditu ex patria, & de studio loquuntur. Io.

EXpectatus tandem atq; gratus nobis est dulcissime Gerbrande tuus aduẽtus. Abfuisti bene diu. Diutissimè te passus es desiderari. Credo, si dierum numerum bene subduxi, & ad calculum vocaui, plus mensem hinc abfuisti. Imò nobis videmur dimidium anni & eò plus te caruisse, tantũ nos tenuit desideriũ tui. G. Rides atq; ludis, aut si seriò & ex animo loqueris, erras & falleris. Subductio

willecoem. willecoem. swap, ghy hebt lang wt geweest.

ghi steect den draeck. ghi meynet niet.

ctio tua veritati parum respondet. Calculus tuus errat. Abaculus tuus delirat. Vixdum vestris me conspectibus subduxi, ni fallor, vixdum hinc exulaui duas hebdomadas. Imò vixdum hebdomadis dimidium mihi videor abfuisse. I. Facilè credo. Nam vbi amœnum & volupe est esse, ibi tempus quantumuis longum videtur breue. At vbi pertædet esse, ibi nulla arte tempus fallere possumus, quin sæpe hora nobis videatur die longior. Hoc ipsa re cóperimus quotidie. Si tibi longe aliquò sit insistendum iter, modò comitem habeas, qui fabularũ & nouitate & lepôre continenti, tædium itineris læuare norit, longinquæ profectionis molestiam vix sentias, vixq; defatigeris. Nam dici solet, facundus comes in via pro vehiculo est. G. Verum est quidem quod dicis. Cæterum non ob id, quemadmodum ipse arbitraris, mihi visum fuit tempus breue, quòd in patria mihi quotidie sit lusum & genio indultum, sed quòd multa perlegerim, quorum non sit mihi hic per quotidiani studij occupationes facultas legendi. His ita oblectabar, vt nimis angustum mihi visum fuerit tempus. Io. Istud verò facies tua pulchrè loquitur. Redisti nobis scilicet ita emaciatus atque exhaustus, vt propemodum monogrãmus aut syphar videare. G. Rides & nimis vncis naribus indulges. Non sum quidem, fateor, decolor, vesculus, aut studio confectus, sed satis bene

verrekening faelt.

vaert goet wesen is en vorziet de tyt niet.

eē suet clapper vrenct dē mensch ouer den wech.

dz sie ic an v aensicht wel.

ghi sijt sulckene mageren heyn.

ne habitus atque obesus. Verùm, vt noris, quibus iucundum & amœnum est studere, eos nõ exhaurit studium, nõ conficit, sed potius reddit habitiores corpulentioresq́;, quẽadmodum & glires somnus. At quibus non est studium cordi, eos torquet, afficit, extenuat, macerat. I. Credat Iudæus apella. Quęre cui fidem facias istius rei. Istud persuade quibus caput sit vacuũ cerebro, quibusq́; ne mica quidẽ sapientiæ, mihi persuaseris nunquam. Istud mihi non persuadebis, ne si persuaseris quidem, ne si vel ipsa sis Suadela, vel Cicerone facundior ipso. Facilius tibi fidem habuero si persuaseris Mercurium esse infantem, aut Iouem orbum, aut Cretensem mare nescire, aut aëra findi aratro. G. Si verbis meis fidem non habes. Si tibi verba mea fidem non faciunt. Si verba tibi mea videntur nõ verisimilia neq; fide digna. Si dictis meis standum non putas. Si verba mea nõ merẽtur apud te fidem, expiscare atq; sciscitare à quibus voles cunq;, præsertim qui nobis sapientia præstẽt, nisi stent à me, mecumq́; faciant, nisi verbis meis astipulentur, subscribant, & assentiantur, nisi dictis meis accedãt & calculũ adiiciãt, nisi pedibus in sententiã eant meã, nisi verbis atq; re mihi concinant, quiduis damni faciam aut feram, mereas tibi à me quiduis, multer quanti quanti voles. I. Tanti certare, tantumq́; vel lucri vel damni facere nõ postulamus. Neque enim est ope-

Studerẽ buet dẽ genẽ diet beminnen.

maect dz dẽ gãsen swijs

al spraect gi als eẽ engel ick en ghelooft niet.

gelooft ghi mi niet?

breechet vã swijen ghy wilt.

segghẽ zijt nz als ick.

ic wil verliesen al wat ghy wilt.

so dier willent wijt niet setten.

tis v plnen niet sweert. operæpreciũ, neq; res tanti momẽti, nec tanti ponderis. Sed potius aliò vertamus sermonem. Cùm nuper reuersus in patriá, paternarum ædium limen cõtingeres, & iam ingressus esses, quidnam rei tibi maximo erat gaudio? qua re maxime gaudebas? quid te præcipua afficiebat læticia? qua re plurimũ lætabare? G. Quòd offenderem parentes adhuc sospites, incolumes, sanos, firmaq́ue & prospera valetudine, ac secunda fortuna semper vsos. I. At cùm rursus illud natale solum quod sua dulcedine cunctos ducit, & immemores non sinit esse sui, linqueres & excederes, quid potissimum tristabare? quæ res tibi maximum doloré fletumq́; ciebat? quidnam te plurima afficiebat, torquebat, cruciabat tristicia? G. Nihil admodum. Fateor quidem nõ esse iucundum, sed magis triste & flebile, paternis cedere laribus, & sui amantissimos deserere parentes, atq; adeò dulcius esse in patria cum amicis versari, quàm peregrè inter ignotos exulare. Verum studij, literarumq́;, quo desiderio teneor & capior amore & ardore agor, talem me fecit exuere mentem, talesq́; mihi ex animo exemit & excussit affectus. I. Diligentiæ & studiorũ sedulitatis, vt audio, laudari postulas, quòd toties tuum studiũ deprædicas. At talem hinc nõ reportabis laudem, cùm meo iudicio nullá dum sis meritus virtute coronã, licet ipse aliud & dicas & ames audire. Quęre peregrinũ.

Margin notes:
waer in waert ghy ald meest verblijt?
Dat ic mijn ouders gesont vant.
als ghi wed õ vã huys reysdet.
waer in waert ghy meest bedroeft.
vã huys te trecke uyt te te varen.
ick heb de boecke lief.
ghy hoort gern dz mẽ sept/tis eẽ nernstich clerck.

Mihi

Mihi intus & in cute notus es. Ipsa em̃ res mihi bene perspecta loquitur, te nõ studiosum: cùm frequentior sis in sphæristerio, rarior in Musæo, quandocunq; hic nobiscum agis. Sæpius es in arena lusoria quàm literaria. Es alpha & ω, puppis & prora, primus atq; postremus in arte ludendi. Ludentium semper es primicerius & antesignanus. Id quod certo est argumento, studium tibi literarium non esse admodum cordi, dicas tu quidlibet. G. Tu tuo pede metiris omnes. Nam quo te, eodem & me suspicaris laborare morbo. Nõ eodem, ô bone, iactamur malo: non eodem tenemur morbo. Tibi nunq̃ venitur in sphæristerium, nisi ludendi gratia. Ego cũ in sphæristica versor arena, subinde carmina condo. Io. O artificem versuum condendorum. Salue verò poeta. Si quid Sophoclæum pangas, fac, oro, opus appareat. Ne thesauris istis incubes clausis. Cõfer in medium, vt tecum fruamur vnà omnes ingenij tui dulcissima fœtura. Degustẽ oro vel vnum versum tuo Marte nobis compositum. Videam specimen aliquod. Indulge videndum epigramma aliquod. Curabo sumptibus & expensis meis excusum & in mille transfusum exemplaria, atque in lucem editum. Indignum est enim, vt tantum opus tenebris obrutũ lateat. G. Video quid sit: affectas viam, qua mihi insultes, qua me tuis contumeliis petas & lacessas. Amas al-

ic kẽ v wel manneke. het blijct.

gi sijt liever in de boeue schole dã in de boeken.

ghi sijt een prince int spelen.

kunde ghy wat wõ, siet wat mans / laet hoorẽ eens. hout v const niet vhole.

dat ghi self alleen ghemaect hebt laet mi een daer af siẽ, ic salt doen prinsen.

ghi soect õ met my te gecken.

tercari: gaudes rixis: postulas mecũ velitari & rixari de lana caprina. Quæris ansam mecum rixandi. Valeant qui dissidium volunt. Io. Eho quid istud? Siccine subterfugis hinc, nõ prius mihi vale dicto? Quid te subitò ꝓripis hinc, nõ prius mihi precatus salutẽ? Siccine te mihi subducis, nõ prius me valere iubens? Siccine me medio sermone relinquis inepte, nõ prius valere iussum? Siccine mihi te subterducis & subrepis inscio, nec prius salutato aut valere iusso? Quò facessis hinc, anteq̃ me iusseris valere? Eia, ô bone, excãdescis & es iratus? est tibi factus stomach⁹? est tibi mota bilis, quòd ita mussitans abis, quasi demissis auriculis vt iniquę sortis asellus? Quid in fermẽto iaces, quod dicitur? quid mordes labra? qd stomachare? Ten' verba mea commotũ reddiderunt? Sunt mihi vela orationis vertẽda, & blandius est loquendũ, video, ne hoĩem infensum, amarulentia verborũ quasi fuste abigam. Heus tu es tam paucorũ hoĩm vt iocis pariter ac seriis te accommodare nõ noris? vt seruire nescias scenę? Quis te cõger ronem postulet? Credidissem te oĩum hora-rarum hoĩem: id quod nunc iam secus experior. Non nosti ioca, quibus sum vsus, animo æquo & accipere & ferre? Ludos & delicias faciebam. G. Istuccine ludere & iocari est, splendidis hoĩem mendaciis onerare, & amaris atq; proteruis salibus famã hominis obscurare & lædere? tã sinistrè loqui? tam ini-

hoe slitestic v so gering sond goenacht?

hoe grimdy zo?

ick moetet blat anđs omkeeren.

ghi sijt een wonderlic vremt mis selic mẽsch ic meynde dat ghy eẽ gilde ghe-weest had.

met stoone luegenẽ te ouer lieghẽ. so spijtelic toe sprekẽ.

quis

quis hominē conuitiis incesseret? tam amaris aspergere dicteriis? ita calumniari quempiam & dedecore afficere? Criminaris me assiduiorem atq; strennuiorē in palęstra esse lusoria, q̄ literaria, me principem esse & antistitē in re ludicra. in literariis verò studiis non item: me inter primores & primates ludentium esse, at vix inter studentium postremos: me in ludendo esse primitiū & optimatē, nō itidē in studendo: me primario esse loco & primas obtinere in ludendo, in studendo verò vix postremas. Quod mihi impingis crimē, istud nolim à parentibus meis aut aliis necessariis audiri. Istud tuum Hipponacteum præconium, quo me prosequeris, ad parentū meorum aures permanare nolim. Crederent rem se habere sic. I. Istud si crederent, ne latum quidem vnguem à vero discederent: non toto, quod dicitur, cœlo aberrarēt. Ge. Quid immurmuras sub lingua tecum? Parū intelligo quid loquare. Quid ita mussas? Dic clarius & apertius, vt inaudiam. Recine mihi istud tibiis apertioribus. Quid intus canis, quasi Aspendius citharœdus? Frustra loqueris, quod exauditum nolis. Ioan. Opto tibi sempiternam fœlicitatem, atque in eam rem, precatus sum vnam orationem christianam, cuius quasi tesseræ hospitalis adminiculo, vbi corpore isto excesserit anima tua, & ad superos euolarit, agnoscare, & in cœleste contubernium admittare.

Dz ic liever speel dan studere.

Dz die scim pichz mijn ouders ter orē quaem

Sij souden nz een haer te drogē sijn.

wat spreect gi binnēs monts.

segget wat luyd/ wat herder.

van achter voor. G. Arbitror te dominicā submurmuraſſe orationem ordine præpoſtero atq; inuerſo. Sed quid hic tricamur? quin hæc miſſa facimus? late drijuē? illud potius exquirā, quod mihi obiicis, an ſi eſſem, quod longe lateq; abeſt, tempore luſibus dato, primus & poſtremus in albo ludentium, inde conficiatur, me non eſſe ſtudiis literariis deuotū atq; deditū? Libet enim alienā cauſam quaſi propriā agere. Io. Addecet vt ſociorū tuorū cauſam defendas. G. Quid ni? ſumus oēs non modo ſocij, ſed etiam inter nos germani fratres ab eodem primo parente nati. Io. Sumus quidē, nullus diffiteor, at nō ita, vt mihi cum quibuſlibet ſit habenda & agitāda familiaritas. Sed his omiſſis veniam ad tuum rogatum. G. Audiamus quid cenſeas. Io. Cenſeo, fieri nō poſſe, vt quiſquā ſedulò ociū & literariū & amuſum, prophanum atq; inutile colat ex æquo, eumq; temporis minimū dare luſibus, cui ex aīo vereq; ſtudiū literariū ſit cordi. Si illiteratū ocium & Amuſiam diligenter & accuratè ſecteris, neceſſe eſt ocium literariū & Eumuſiā tranſlatiue, perfunctorie, languide, remiſſe, negligenter, ſupine, & oſcitanter agas. Sin huic ſis verè deditus, illud frigidè & nō niſi paululū temporis ſectabere, quantulū ſatis ſit virib9 ingenij, quæ iam diutino ſtudio retuſæ ac defectæ fatiſcūt, modeſto iterū luſu refocillandis. Altero igitur dominante, iacet alterū. G. Quî fit? Io. Nemo poteſt Thetidem ſimul &

Ga

Marginal glosses:
ic ſoll voer eē andr ſpreken gelijck oft voer mi ſeluē ſwaer.
na de oogē, slechs dat ſwijt ſcijnē gedaen te hebben.
niemāt can .ij. ionckers ſe pas makē

Galatæam amare. Qui duos insequitur lepores, neutrũ capit. Humanũ ingenium nõ potest ex æquo in varia scindi, & ad diuersa accommodari studia. Nemo est capax oĩm, aut par ediscendis omnibus. Nemo est omnis homo, nó omnes omnibus artes. Qui diligentẽ arti medicę nauat operam, sat superq; habet negocij, si modò omneis velit illius mæandros & anfractus omnino penetrare, neq; simul potest & Iurisprudentiæ & Theologiæ multũ dare ocij. Qui noctes & dies corradendis atq; accumulãdis inhiat diuitiis, & facultatibus studet amplificandis locupletãdisve nõ potest simul in eximium & poetã & oratorẽ euadere. Itidem qui habet aĩm frequentibus addictũ lusibus, quiq; illiterato & inutili ocio cõtabescit, ac bonas horas male collocat, is nõ potest ocio literario multũ & ex aĩo vereq; se accõmodare. Dicã clarius. Si nemo potest diuersa studia, quorũ tamen vnũquodq; mentẽ hominis excultã & expolitã reddit, cũ fructu æquè diligẽter sectari, quomodo verisimile eum delectari Musarũ commercio, qui totus & pręceps fertur in amusa & inuenusta ludicra, q̃ oblimant, obtundũt, obcæcãt humanã mentẽ, & prophana dulcedine imbuunt, obsaturantq;? G. Velle mihi tu quidẽ videris, omnib. nostris anteire progenitorib⁹, omnibusq; sapiẽtior haberi mortalibus. Io. Quid ita? Vnde istud colligis? G. Quia nõ modò, cui nos operã damus didasca

niemãt en macht al leeren.

om goet by eẽ te scrabben/rapen.

sinẽ tijt qualic werbzengen.

ic salt v wet verduytsen

ghy wilt al wijser sijn dã v ouds.

waer wt rady dat

lo, sed etiã quibuscũq; sunt vsi pręceptorib⁹ maiores nostri, iam inde à duobus aut tribus annorum milibus, vno fasce cõplecteris oẽs, vnaq́; vocis libertate, ne dicã mordacitate laceras. I. Miror qd loquare. Nõ assequor quid dicas. Ioãnes sum nõ Oedipus. Dic apertius nec circuitione vtitor, vt habeã quid respondeam. Mihi em̃ nullius mordacitatis sum cõscius, nec cornicũ oculos cõfigere, aut sexagenarios de pontę deijcere studeo. Quid est igitur, qđ mihi impingis? G. Vetus & tritũ est, vulgareq́; dictũ Arcus semp tẽsus rumpitur.

daer fluyt gy nientãt buyten.

Ic will mijn ouds niet van de kerre stooten.

Sæpe aries actus nimio sudore fatiscit.
Si vsque grauas arcum, vi tabescente labascit.
Deferuet nimis intensi ardor & impetus arcus.
Ni laxes arcum, virtus euicta senescet.
Soluitur & moritur virtus exhausta labore.
Acta diu virtus exhausta retunditur arcus.
Intensi nimium deflorescit vigor arcus.
Vsque supinatum posito iacet impete cornu.
Robore tensa diu defecto machina languet.
Vinea torta diu vi flaccescente remittit.
Vi fracta nimium contenta phalarica marcet.
Tensa diu balista remisso robore tabet.
Tensa diu catapulta labat vi deficientę.
Tormentum nimis adductum labat impete fracto.
Defluit intensi nimium vis & tenor arcus.
Vi semper tensus labente remittitur arcus.
Contentus nimis adductusq́; diu labat arcus.
Vis intensa diu fugit & delabitur arcus.
Fit contenta diu arcus vis euanida tandem.
Perpetua & nimia exhauritur ager satione.

Io. Istud equidem & scio, & fateor. Sed quid istinc cõficis? Quorsum istud dicis? Quid facit istud ad Bacchũ, quod dicitur, & ad hanc rem de qua agimus? Olfacio non nihil quorsum tendas, at malo dicas ipse clarius & euidentius. G. Studium puerile fatiscit, Læta nisi austeris varienter festa profestis: vt cecinit Ausonius, cui conciuit & Ouidius.

Wat voert dat in dese plaet?

men moet somwylen wat recreacie hebbẽ. Dẽ wech cã niet altijt euẽ strac staen.

Cernis vt in duris (q́d enim boue firmius?) aruis
Fortia taurorum corpora frangat opus.
Quæ nunquam vacuo solita est cessare nouali,
Fructibus assiduis lassa senescit humus.
Occidet, ad circi si quis certamina semper
Non intermissis cursibus ibit equus.
Firma sit illa licet, soluetur in æquore nauis,
Quæ nunquam liquidis sicca carebit aquis.

Io. Quis contradicit? quis it inficias? Sed inde confectum putas, vel semper, vel plurimum & effusissimis habenis animoq; deuotissimo ludendum? G. Sine veniam quò volo. Quid medio sermone me interpellas? Quid verba mea interrumpis? quid mihi interloqueris? Faueto, & finito absoluam & ad finem perducam, quod intenderã. Io. Occidet miseros crambe repetita magistros. G. Quorsum istud? I. Scio iamdudũ, quid dicas. Quid opus repetito frustra, & tempore perdito? Enecabis me iisdẽ iterum atq; iterum inculcandis. G. Bone Deus, quãdo tibi aures sat præbentur à me faciles, donec absoluas, quæ dicere pararis: cur nõ vel tantisper mi-

Wie loopter tegen?

laet mi doch myn reden wtseggen.

mi steect de walch van dicmael verhalen.

hi aures tu quoq; vicissim præbeas, dum ali quantulum hoc, quod dicere meditor, expe diero? Vis solus loquendi & tacendi portisculum habeas, nec mihi liceat per te quicquam in mediú ferere? Nondú plene intelligis, quid velim, licet cóiicias vtcunq; quorsum tendam. Io. Perge igitur. G. Nostri maiores id animaduertentes, quòd ingeniú humanú cótinentibus & assiduis non par sit laboribus, hanc posteris consuetudiné reliquerunt, & quasi per manus tradiderút, vt subinde ludendi suis discipulis potestaté faciát ludimagistri, núc integrú diem, aliàs horá, aliàs sesquihorá, aliàs dimidiatú diem, præut & ratio dictat, & res tempusq; postulat. Quòd igitur dicis eos nó gnauiter neq; ex animo literis esse deditos, qui inter ludentes loco numeroq; sint & primo & postremo, q sese & primos & postremos in ludendo præbeát, quid aliud, q̃ quod ludendi authores, ipsos inquá ludimagistros, tum neotericos & recentes, tú veteres multisq; iam seculis hac vita defunctos carptú is laceratumq;, qui & ipsi suis discipulis cùm agerét magistros fecerút subinde ludendi arbitriú, qua eadé ludédi potestate vsi erant cùm agerent antea discipulos, similiterq; nobis & nucibus & crepundiis indulserát. Io. Audi qd tibi reddá, idq; paucis, cùm hic diutius pendere nó possim, aliis aliò me vocátibus negociis: Fit ludendi copia, nó modò vt cótinenter & semper ludatur, sed etiá

ghi wilt al de woordé alleé hebbé

dattet niet al verdragé mach.

die de meeste speelds zijn.

ende hadden oec ons kinderspel gespeelt.

want ic nz langer toenen mach.

etiã vt abundè suppetat temporis, prius audita relegẽdi, & aliquid noui nostro Marte studiis quotidianis adiiciendi horis succisiuis, quod aliâs per occupationes scholares legere non vacet. Nam vt nõ decet principẽ solidã dormire noctẽ, ita quoq; dedecet scholasticũ q quidẽ insigniter studiosus postulat videri, quiq; ad eruditionis culmẽ aspirat, integros & perpetuos ludere dies. Pulchrũ est aliquãdo studia intermittere, & moderatis lusibus animum relaxare: atq; ipsa vicissim ludendi tempora, si longiuscula sint, succisiuis studiis condere & moderari. Hæc est sentẽtia mea, quam si sequare, tibi quod ex vsu fuerit, feceris. Sin tibi secus videatur, per me vel ætatẽ ludas licet, & agas quicquid voles. Ego tibi patruus esse desino. G. Heus heus Ioãnes, resiste parumper: quorsum ita festinas quasi actus scutica? Habeo, quomodo te locutũ resequar. Io. Nõ vacat audire. Est mihi quiddã aliud serij negocij, quod omnibus rebus anteuertendũ venit. Id reiicere in aliã horã aut procrastinare non licet. G. Quidnam istud?

die hoept na groote geleertheyt.

met studeringe buyte gemeyn lessen.

tsal v baten.

ic wil oom v gheen voocht sijn.

An tot sustineas & tanta negocia solus,
Quantis vix labor Herculeus sit par obeundis?
Res Italas si armis tutaris, moribus ornas,
Legibus emendas: in publica commoda peccem,
Si longo sermone morer tua tempora amice.

Io. Rides tu quidẽ: attamẽ ego stringor necessitate tam ineuitabili, tã inexcusabili, tam inexuperabili, vt si monarcha sim totius mũ

di,

di, & prælio iam nunc internecino & inexpiabili afflicter, omnib. postpositis oporteat huic vni succumbere morbo. Quin & ipse, si vel noctu profundū & tranquille dormires, vel interdiu interesses epulo splendidissimo, & hoc fortè negocio vocarere, velles nolles, obsecundares & obsequereris oporteret. G. Olfacio quid sit. Alui parturientis te fœtura premit. Ineluctabile te ventris grauat onus. Ventrē geris maturo pondere grauē. Grauaris alui deiiciendæ fœtu. Nihil em̄ scio aliud quod se præbeat ita implacabile & inexpiabile, atq; aluus nimis saburrata fœtaq;. Ingens telum necessitas exonerandi ventris. Diomedæa necessitate premimur, quādo aluus maturo ciborū fœnore grauida parturit. Necessitas alui vrgentis est ineluctabilis. Io. Rem acu tetigisti. Dignus es cui totū cedat in mercedem, quicquid vel nunc exclusurus sum, vel aliàs excusurus excreturusve, quod tam pulchra & certa coniectura mei ventris fœturam, alui meæ partum assecutus es. G. Apage, istas epulas tibi met ipsi seruato, & sale condito, ne corrumpantur.

swelvast in slaep.

ghi moest daer aen.

ghi hebt achter last

tis eē groote bootscap daermē nie mant seynden mach.

ghi en rade v ieuē niet beter.

¶ Iacobus Petri Expolitor Enchusanus, & Petrus Cannius Amstelredamus, De officio in æde sacra sub sacris obeundo. Ia.

QVid ita bibliothecā tuā circunspicis? Quid ita librariā perlustras? Quid ita librorum tuorū euoluis loculamentū? Quid an

swat soect ghi doch in v boecken.

angulos oẽs circũcirca dispiciendo rimaris, atq; excutis? Quid totã librorũ tuorũ supellectilẽ ita voluis atq; reuoluis? Quid quæritas? Cuius rei perquisitio tibi morã nectit? Cuius rei quęstio te distinet atq; detinet? Cuius rei inquisitione distringeris? Quin exue istã quęrẽdi molestiã. Explica atq; expedi te ab ista occupatione. Extrica te ab ista mora. Impone istis reb⁹ finẽ. Rumpe, pręcipita moram, alioqui post Panathenæa, post Pythia, post Quinquatria, post Eleusina, post misteria, post festum, post tempus, & serò ventur⁹ in ædẽ sacrã. Nõ aderimus in tempore, tarditatisq; pœnas dabimus. Ex hac mora nisi nos expediam⁹ & exoluam⁹, damnũ accipiem⁹. Cõmittem⁹ multã nimia hac cunctatiõe. Notabimur & pecunia aliquãtula multabimur. Multa nobis seri adit⁹ irrogabitur. Quòd nõ sat tempestiue nos in ædẽ sacrã p̃sentes exhibeamus, quòd nõ acceleremus gradũ tẽpori, quòd p̃sentiã nostrã nõ ꝓperemus, quòd nõ maturemus aditũ, quòd in ædẽ sacrã nos nõ sistamus tempori, quòd parũ in tempore sacris interesse curemus, hinc damnũ feremus, hoc nobis fraudi & damno erit. P. Quid tu de ea re laboras, serò an tempori venias, cùm in hoc ludo extra omnẽ ingenij aleã sis positus, atq; eò ꝓmoueris, vt nõ tam tibi præceptoris, quàm præceptori tua sit vsus opera, sisq; nostris canonibus pridem, vt nobis sentire videmur, solutus, & nostrarũ legũ liber?

maecter ee eynde af.

Wi sullẽ an ders te laet comen.

Wi sullen daer scade õ hebben.

ghy sijt al; bzij vant noteren.

Ia.

I. Absit vt me tantum profitear, quantum tu quidem, mei studio & amore cæcus, me deprædicas. Si scias q̃ sit mihi curta eruditionis supellex, nõ istud dicas. Verùm fac esse, qualem me credis, cõtinuo ne legibus sim solutus, & nõ cogendus in ordinem? Pari iure & sum, & esse cupio cũ omnib. aliis, nec si liceat eximi numero velim. P. Quò quisq; est literatior, eò humanior & modestior: quò verò indoctior, eò insolentior. Cæterũ vt ita sit, quemadmodum dicis, qd moramur istud damni, si quòd serò venerimus, notemur? Tantilla multa nõ me depauperabit. Vnius oboli aut dioboli iacturã non grauiter ferã. Tantillę pecuniolę dispendium nõ me cruciabit nec ad incitas rediget. Nõ huius facio tantillũ damni. Manũ nõ vorterim, vno aut altero quadrãte mulcter & emungar nec ne. Vnius aut alterius quadrãtis multa nullo dolore animũ meum tanget aut cruciabit. Vnus aut alter obolus aut quadrans nõ est mihi, crede, tanti momenti, vt vel si pereat sim tristis, vel si accedat, sim admodũ lætus. Animus meus quouis argẽto maior, neq; damno facile frãgitur vllo. I. Si ita stat sẽtẽtia, ego præcurrã curriculo, & meã pręsentiã maturabo, nec te præstolabor. Tu quãdo voles cõsequitor. P. Præstolare me, amabo te, ô bone, vt vnà eamus. Si hæc cunctatio tibi fuerit fraudi, ego quicquid acceperis damni, ꝓ te pendam. Si qua cẽsura, si qua animaduersione, si qua tardi

Wat vragẽ wy nae so veel scaden als dat is?

om so cleynẽ dinc, verstelt ic myn en voet niet eens. ic maker so veel wercx niet af dat ick/etc.

ist ghi daer scade af, ick salt voor v betalen.

ditatis nota dignus videare, ego me iã nunc p te satisfaciendi reum præbeo. I. Age, mos gerendus amico. Sed qd quæritas, dic sodes? P. Quæro librũ quempiã, cuius noua lectiõe sub rebus diuinis me oblectem, quẽ interdiu domi p occupationes præscripti studij euoluere & perlectitare non sit liberũ. Res enim diuina nunc nõ præcipitabitur, vt aliquãdo fieri solet diebus pfestis, quando nullius eximij & præstantis diui memoria recolenda & celebranda venit, nec leui brachio res sacra nec vulgari celeritate cõficietur, sed quotidiana consuetudine prolixior erit, platabitur in tempus solito lõgius, pdurabitq; diutius, q̃ aliâs assolet. Quî tantũ temporis sine librorũ cõmercio sine Musis ociosus continuero? Nõ videtur mihi consultũ, nec tolerabile, vt tam diu desideã in templo sine librorũ familiaritate ociosus. Tã diuturnũ nõ possum ferre librorũ igniculum desiderij. Tam diu nõ possum abesse dulcissima mutorũ magistrorum familiaritate. Viderer mihi magnã temporis iacturã fecisse, si tantũ tererẽ temporis in æde sine libris & sine studio. I. Quasi tibi nullũ effluat tẽpus inutiliter. P. Vt scias, parcissimus sum temporis. Pręterfluit aliquãdo fateor, nonnihil tẽporis, quo nulla linea ducta supersit, at postea me pœnitet temporis ita pręterlapsi, & mecũ decerno nullum amplius me tẽpus inutiliter ita prætermissurũ, cùm non deceat ignauum præterisse diem.

segt toch.

men sal nv nz haesten inde kerckẽ

men salv in de kerck nz met dẽ cort stẽ ouerloopen/als dẽ haen ouer de colẽ wet

sõtijts laet ic den tijt wel door loopẽ/mer therout mi na.

versuymẽ.

I.

I. Nunc iam operæpreciũ censeo, etiamsi nõ sit mihi adeunda ædes, tecũ latiusculè commentari, & verba habere. Istis ex tuis verbis mihi oblata est occasio, tecũ loquẽdi latius, & agendi de rebus quibusdam, forsan nõ minus ex re nostra futuris, q̃ si intersimus sacro. Nõ qđ cõmentationẽ nostrã arbitrer sacris diuinisq; rebus meliorẽ & anteferẽdam, sed quòd sperẽ ipsa sacra nobis fore postmodum meliora, gratiora & vtiliora. P. Quidnã istud est, quod habes mecũ loqui, dic ô bone? audire & scire aueo. Si tam frugiferũ est futurũ, q̃ promittere videris, præstat nunc hic remaneamus, & nõ adeamus ædem sacram, aliâs hunc errorẽ meliori animo & diligẽtiori studio cõpensaturi. I. Non inconsultũ videtur. Primũ igitur, quid quæso sub sacrificiis aut sub vesperis precibus, rerũ in templo agitas? aut quid animo cõtemplaris? P. Plurimũ libris cantatoriis assideo, & vnà cũ aliis cãtito. Sepiuscule me libris cantoriis accommodo, & pariter cum aliis symphoniacis cantatorẽ ago. Sæpenumero me choro & cãtoribus intersero, & choreutẽ agens cano cũ aliis vnà. I. Istud equidem nõ sum nescius, cùm hisce videã oculis. Verũ cùm sæpe etiam secꝰ eueniat, vt vel iste canendi locus tibi sit ab aliis præclusus ac prereptus (neq; enim omnibus semper cãtitandi patet locus) vel animus nõ inclinet ad concinendũ, quid tum meditaris aut agis rerum? P. Aliquãdo dictata, vel quæ sunt

Wat hebt gi doch met mi te spreken. Salt so veel profijts af comen, &c.

Gemeynlick stic ic mi bi de coorsangers.

Wat doet gi dã, oft wat gadi maken?

ſunt proximis horis pceptori reddenda perlego,& memoriæ mãdo: vel quæ ſunt audita repeto. Aliquando ſi nihil in reddenda aut reddita lectione fugiat me, aliud quippiã lectito, quod aut eloquẽtia linguam poliat & exornet, aut quoquo modo ad eruditionem faciat. I. Bone Deus, nihil dum audio de ſacris precibus. P. Quid ais? dic clarè, nõ intelligo. quid ita ſub lingua immurmuras? quid ita clauſo ore, neſcio quæ verba commandu cas & deuoras, nec in apricum aut in apertum exire ſinis? I. Quid mecum ſub lingua immurmurem, aut quid clauſo muſſitem ore, nondum eſt locus promendi aut proferendi, pòſt audies. Pergamus nunc rectà. P. Perge igitur. Miror quorſum euadas. Iac. Quin aliquando palmis facie obducta caput in pluteum reclinas, vt nihil legere liceat, nec cantitare, in quæ rerum ſtudia tum animo incumbis? P. Si fidem das te taciturum, dicam quod res eſt. I. Mutum me di ces. Quod ſciam neſciam. Harpocratem red dam, ocioſus eſto. Magis mutus ero piſce. Vel ipſis Pythagoræis, aut rana Seriphia me taciturniorem præſtabo. P. Nonnunquam oculis meis iam lectione feſſis ac ſuccumbentib⁹, obrepit ſomnus, qui me totum ſua dulcedine lethæa imbuit & irrigat, ita, vt ſacra abſoluta & ad finem perducta non prius ſentiam, quàm abeuntium ſtrepitu exciter atq; euigilem. Nonnunquam mihi vigilanti ve-

ozenichſins tot geleerts heyt helpt.

ten gheeft noch geen pas te ſeggHen.

noch ſweet ic nz ſwaer ghy henen wilt.

kloeckvŷt mi te ſwÿgẽ ic ſalt v ſeggẽ watter af is ic ſal ſweſen oft ic ſtom ware.

venit in mentē patriæ paternæq; domus, aut pridiani lusus, aut aliarū id genus rerū, q̧bus sanè animo voluēdis & tempus fallo, & longiorū horarū omne tædiū leuo atq; deuoro. I. Quòd ipsam veritatē professus es, nihil fingens, nihil simulans aut dissimulās, nihil obtegens, nullisq; mendaciis culpā obuoluens, est quòd te laudem. P. Quid ni profitear, & animi mei secreta tuæ cōmendem fidei? Nā de tuæ taciturnitatis fide nihil dubito, quē mihi semper expert⁹ sum fuisse fidelissimū. I. In sinu est, neq; discingor. P. Istud bene cōfido, sed perge, nondū scio quorsum tendas. I. Vis dicā paucis & apertè? P. Maximoperè. I. Quod nō meliorē inter sacra, temporis & loci rationē habes, sine linea, vt dicitur, sine fructu & inutiliter cōterens tempus, nihilq; quòd tē dignū sit agens, istud absit vt laudē. Nā tua metipsius verba satis arguunt, vel canes, quod pace tua dixerim, tibi recte agēdi studio & sedulitate prçcedere, in idemq; loci multo vtilius cōfluere. P. Bona verba, quçso. Dentis claustra tui quç vox elapsa reliquit? Quid stultius dictu, quid absurdius auditu, q̄ vt canibus hominē posthabendū putes? Ia. Quod dixi, si postulas audire, luce clarius docebo. Nō me pœnitet dictorū. Non cano palinodiam. Non resilio dictis. P. Quid ni audiam? Valde absurdum sit oportet, & monstro aut prodigio similimū, quod saltem audire non liceat. Ia. Audi qua ratione duçar.

[Margin notes:]

dē tijt verdriuē/ouer brengē son der vdriet.

om dat ghy mi so pleyn de waerhz geseyt hebt sond glosen

ic hebt ende tsal by mi blijuen.

wil ict cortelijc ende claer verduytschen.

calt schoon doch.

ic hael mijn woort niet weet in mi nen hals.

Canes funguntur suis muneribus semper, ad quæ obeunda cōditi & producti à rerū natura, quippe qui odora vi suæ indagant atq; venantur rursum prorsum discurrētes, si qd humi iaceat vescū & edule, tam in templo q̄ foris, & qcquid puerulis imprudentibus vel obsonij, vel panis humi inter articulos defluit, aut ex manibus decidit, id cernui sagaciter odorantur, atq; cibū oēm deciduū carpentes in suum cōuertunt vsum, vētriq; donāt, neq; quicq̄ intercidere patiuntur, nisi quādo ventre saburrato nō habēt vbi reponāt quod amplius reperiunt. Quin & sæpe pleno vētre, si quid prꝫterea obueniat prædæ, id defodiunt humi, & recondūt in aliud tēpus, quod aliàs denuo stimulāte fame effodiunt & deuorāt. Iamq; obsaturati plurimū se quieti dant & somno. Cū verò audiūt quippiā vel turbarū vel tumultus, pro suo captu indignè ferūt & oblatrādo quasi turbatores ipsos arguunt. P. Quorsum hꝫc tam frigida & putida tendūt? I. Nempe eò, vt hinc conficias & intelligas, quātis parasangis te bruta animātia à tergo relinquant: quippe quæ, quò ad eius id fieri potest, naturꝫ quasi deo obtēperant, & dictū eius sequuntur in omnib. Tu vero nō item. Non est tibi iussum in sacris vel dormire vel aīo volutare, quid aut meridie sis pransurus, aut qd in ædibus paternis te absente agatur: Sed id temporis, quo rebus diuinis interesse oportet, dandū est totū pietati. Quapropter

swat de kinderē ontvallen ts/rapē sij op eñ leuē daer bi.

mogen sijt nz op eten, so grauen sijt onder de aerde.

swat heeft dees clap te beduyen?

oft te denkē/swatmē smiddaechs etē sal/oft swatmē tot uwē huys doet.

asserere & affirmare ausim, canes si rationis participes, humano essent imbuti animo, atque ita tum demum suis fungerenter partibus atq; nunc, faciliori & magis cópendiaria via ad cœlum aspiraturos, quàm nos homines ingratos, contumaces, refractarios, & præceptorum Dei cótemptores, quibus vel semihoram, vel horulam, graue est diuinis nos rebus accómodare, & Deum omnis boni datorem mente voluere ac contemplari, eumque nostri nunquam non memorem: cùm canes suis benefactoribus applaudant, adulentur, subseruiant, & vbiq; munimento sint ac defensent, denique nihil non faciant, quò gratificentur eis, quibus se studio & curæ esse animaduertunt, vel capitis periculum adeundo, dum prosint vicissim, à quibus commoda acceperint. Quid nos tale præstamus Deo nostro; à quo proficiscitur omne bonum? Vide, quanto simus vel canibus, vel brutis animantibus inferiores, in quibus penè nihil desideres, quod modò præstare possint. At in nobis, quid est quod non desideremus? Pe. Profectò nisi tam candidus esses amicus, nisi mihi tanta tecum intercederet amicitia, nisi tanto familiaritatis conglutinati essemus ferrumine, nisi tanto amoris nodo coniuncti, & tanto necessitudinis vinculo colligati essemus, non leuiter incandescerem, non leui intumescerem & inflammarer irá, tibi grauiter

die hertnec kich ĩ haer wosh3leuẽ

oock haer lijf daer voer latẽ.

wen wij d3 god sou:

Swaert ghy mijn vriet geniet ic sout qualijc vã v nemen.

ter succenserem & irascerer, quòd tam indignis immeritũ me obiurgas modis, quòd tam asperis me verbis insontem protelas, quòd tam acribus me obiurgationibus, & conuitiis præter meritum & culpam temere lacessis. Ia. Quî fit, vt præter meritum & culpam tecum commutata verba dicas? Si me ostenderis iniquam fouere caussam, iniquitate & iniuria niti, ius iniquum persequi, tibi iniquum & iniurium esse, & iniquis te increpationibus incessere, datis manibus, quod dicitur, & porrecta herba, continuò palinodiam canam, teque tanto maioribus efferam laudibus, quãto acrioribus antea perstrinxerim & lacerauerim linguæ verberibus. P. Perinde inueheris & debaccharis in me, atque si nihil aliud in templo quàm dormirem, quod tamen & insolens, & rarus, vix in mensem semel aut iterum, atque adeò non nisi naturæ laborantis infirmitate victus cõmitto. Continuó ne igitur si semel aut iterũ debilitati succumbam, & assiduo nequeam superesse labori, oculis multa lectione delassatis atq; collabentib⁹, videbor totus inutilis, ineptus, alga vilior, numerus, & telluris inutile pondus? habebor nullo loco, nullo numero dignus, pili, nauci, flocci non faciendus, nõ vitiosa nuce emendus, nec inter vllos probos referendus, adeò, vt vel canibus sim meritò postponendus, cùm plurimum temporis bene beateq;

Dat ghi my so scãdelic õgenadelic lelick beknijt/bute mijn scult.

gy knijft op mi alleens oft ick, &c.

eẽ duechns een lichtescupt/dats niet op en loopt.

swant ic de meestẽ tijt wel eñ godlic leue.

transmittā? Quandoq; bonus dormitat Homerus. I. Faciam⁹ esse, quod dicis, vt rarus in templo dormias, at ne semel quidē inibi dormiendum esset. Qui vel vno vulnere saucius est, ad plenum integer esse nō potest. Quę semel quæstum fecerit & summenianā agerit, nunq̄ casta matrona cēsebitur. Qui semel se furti alligarit, & dignū suspēdio reddiderit, sem p trium literarū homo phibebitur. Quę semel ancilla, nunq̄ domina, vt Græcis est familiare dictu. Sed hæc missa faciamus. His supersedeam⁹, ne iurgia sectemur, & mutuis alter in alterū debacchemur conuitiis. Illud potius q̄d maioris momēti est, exquiramus. P. Quid nam? I. Dicā, si mihi primū ipse dixeris, quó nam virtutis officio maximā temporis partē in æde traducas: quā vtilitatis lineam in templo ducas: quē pietatis fructū adferas. P. Istud dudum audisti: quid opus eodem bis terve repetito? I. Excidit iterum. P. Audi, dicam, vt vicissim & ipse audiā, quid nam sis respōsurus. Nunq̄ ferę ociosus & male feriatus desideo, quin semper, vt & antea dixi, aut lectitem aliquid vel in Vergilio, vel Terentio, vel Cicerone: aut componam, vel carmina, vel epistolam: aut repetā, reuoluā & quasi remandā atq; in memoriā reuocem prius auditā lectionē, aut ediscam & in memoriæ thesaurū recondā, quod proximis horis sit præceptori memoriter reddendum. I. Egregiam vero laudē & spolia ampla refers.

Marginal notes: Die aen een beē hinct en mach niet recht gaen. / Die eens steelt is al sijn leuen een dief. / Laet ons dit latē drijuē, eñ malcanđ niet spijtich aen sprekē. / Ic sit nimmermeer leech / ick lees wat. / De les van huytē leerē weder ouer lesen.

Di-

Dignum scilicet te præbes, quē inauratum & in aram sublatum diuinis cumulemus honoribus. P. Quid ni? I. Tam scilicet te pium & religiosum præstas, quàm si in media æde fimum, honor aurib⁹, redderes. P. Quid ita? Nunq̄ tuo desiderio respōdere, tuisq; potero satisfacere votis? Quidnam vis faciam, quod tibi sedeat, arrideat, & placeat? Hoc studij & pietatis genus mihi fore laudi rebar, p̄sertim cùm Plinius dicat, omne id temporis perire, quod studiis nō impertias: vt ex præceptoris ore aliquādo audire memini. Nā ipse locum Plinij nōdum vel legi, vel vidi. Vis igitur in templo ocium agam? & emissitiis oculis circum circa spectē, quid singuli quiq; factitēt, & ipse nihil boni actitē? I. Quorsum ista tam insulsa quęstio? Pergis pugnātia secum frontibus aduersis componere. Cùm interdico tibi, ne quid in æde facias, quod sacro loco parum deceat, hinc cōsectarium esse putes, me tibi authorē esse, inibi ocium agēdi? Nō ego auarum cùm veto te fieri, vappā iubeo ac nebulonē. Sic neq; cùm veto te legere in sacra æde prophana, continuò iubeam non digna loco ocia tractes. P. Quid igitur vis faciam? Quid fecero pulchrius, q̄ vt claros euoluam authores, atq; in doctū & eloquētem virum euadere studeā? Nō capio quorsum euādas, aut q̄d velis. Sum Petrus nō Oedipus. I. Est quod te interrogē, idq; nō difficile respōsu. Rogo respōdeas ad oīa, pòst visurus vel luce cla-

men moet v op eē outaer ken setten.

nūmermeer mach ict v te pas wē. tis altijt eē vitoft eē dz

als ic v verē quaet ōbie zo gebie ic v dandē az.

een geleert mā worde. ic weet niet waer v redē eyndē wil. ick moet v een lichte vraeg vragē.

clarius, quid faciendũ in ædecensfeam. P. Interrogato qđ voles, respõdebo quod nouero. I. Cõuiuiis quãdocunq; is accubitũ, cuius id gratia facis? aut quid inter conuiuandũ factitas? P. Cuius gratia, nisi vẽtris exsatiandi causa? Aut quid factitẽ aliud, q̃ comedã, bibam, aĩo obsequar, genio indulgeam, cõuiualibus sermonibus vltro citróq; habendis tempus eximã & fallam, foro vtar, quod dicitur, atq; scenæ seruiam: & me lubentẽ, hilarem, atq; omnium horarum hominem præbeam, atq; ita temporis ocium oblectem? I. Facis quod indecet. Addam & alteram quanuis facilem quęstiunculam. Quid noctu rerum agitas in lecto, quando cubitum & dormitũ iisti? P. Profectò nisi te intus & in cute nossem, parum te sapere crederẽ. Nisi esses mihi familiariter ac penè domesticè notus, suspicarer te bardum esse, delirum, bliteum, vecordem, dementẽ, fatuum, insipientẽ, mente captum & Abderitanæ pectora plebis habere, qui tã futilia & insipida roges, quę nulla sint respõsione digna. I. Ne irascare; ne stomacheris, aut indigneris, amabo: neq; hęc quantumuis frigida & friuola tibi bilem & stomachũ moueant. Responde modò, nondum scis quorsum tendam. P. Cubitũ eo, vt dormiam: vt fessas reparem vires: quanquam interim nõ rarò accidit, vt mihi pulices in hoc flagrantissimo ęstu, morsibus infesti, infestã faciant quietem, & irrequietum reddant somnum, meq;

Die ter tafel gaet sitten, war tõ doet hyt? dan õ tijt te vullen? niet clamẽ ouer tafel den tijt õ-brijnen.

Kend ick v niet ick soude ic seggẽ dat ghy niet recht wijs waert

al facht/ te hout v sinnen doch.

om dat ick mijn moe lede õwac keren sou.

meq́; ſubinde excutiant & exturbent ſomno, & plurimã noctis partem ducere cogant inſomnẽ. Quid ſi te viciſſim & ego interrogem, quibus pharmacis huic malo medear, quibus carminibus hãc peſtem auertam? I. Valeat iſta quæſtio, quæ nihil facit ad hanc rem quã paro. Aliâs ſi voles, de ea nugemur. P. Mos gerũdus homini. Perge. I. Dixiſti'ne modò ex Plinio, omne id tempus tibi perire, quod ſtudiis non impertias? P. Dixi, qd tum poſtea? I. Cur igitur plus dimidiũ vitæ tum dormiendo, tũ ludendo, tum edendo atq; bibẽdo, tum aluo deiicienda, aut leuãda veſica perire ſinis, quod non impertis ſtudiis? Imò cur nõ potius ſemper, & noctu dormientib⁹ aliis, & interdiu aliis vel ludentibus, vel cuticulã curantibus, tu ratione temporis melius habita, ſtudiis inuigilas, & Ciceroni atq; Terentio, aliisq́; aſſiduis & claris authorib⁹ continenter perlectitandis operã nauas? P. Quis cõtinentibus & perpetuis par ſit laboribus? Humanæ mẽtis cõmentatio & ſtudiũ omne fatiſcit, læta niſi auſteris varientur feſta profeſtis. Et, quod caret alterna requie durabile non eſt. Namq́; operi longo fas eſt õbrepere ſomnũ. I. Reſpondes ſat bene, ſed parum ad rem, quã ipſe paro. Videris necdum olfacere quorſum mea feſtinet oratio, quod miror. P. Imò vtcunque odoror, quorſum tendas. Attamẽ malo rudius, craſſius, pinguiori Minerua, atq; apertius dicas, quid velis. I. Faciã.

Ic moet hẽ volgẽ/ dat den tijt te niet gaet sond stu deren.

So met etẽ/ so met dzic kẽ/ so met ee.

beter opdẽ tijt past?

Wie soudt altijt doen oft herden mogẽ? mẽ moet somstijt hẽ wat vmaken.

Wat botteliker/ grouer, plõper

Credo id iuxta mecũ intelligis, tẽporis, loci, personarũ rationẽ esse habendã ei, q̃ vt decet viuere postulet. Nam aliã sibi vitã Bacchanalia postulãt, quã nõ probem, aliã Parasceues dies, quẽ animaduersaria Dominicæ passionis memoria celebrẽ agimus. P. Sine dubio. Ia. Quin & hoĩm vnusquisq;, vbi sine arbitris in cubiculo suo fuerit solus, si tempus, vel noctis conticinio ad requiem inuitet, vel horis antelucanis ad solita opera & diurna officia vocet, ꝓ suo arbitrio se vel exuat vel induat licet. P. Quorsum istud? Ia. Audies. At si in medio fori negociatoribus differti, id ipsum designes, vt te vel vestibus spolies & totũ nudes, vel nudũ vestias, temetipsum traducas, & cachinnis omniũ exponas, risibusq́; te ceu delirũ, fatuum, atq; vacerrosum insectentur iuuenesq́; senesq́;. Neq; ipse ego sanè, vt tale quippiã designando stultũ ac deridiculũ me præbeã, atq; insultandũ omnibus propinẽ, ne mille quidem aureos mereã, quale si tempus poscat, in cubiculo vel gratis & nihilo factitẽ. Præterea in luctuosis & funestis, aut alia miseria vel peste afflatis ædibus, effœminatã & impudicis modis fractã adhibere musicã, cãtillare atq; tripudiare, lasciuire, & morionẽ agere, res est importunissima, & ab homine probo sanæq; mentis alienissima. Similiter, vt tandẽ concludã, & in æde sacra nihil nisi cuius gratia est exædificata, faciendum: Deus colendus, inuocandus, propiciandus,

vtq́;

alleen/daer niemandt hoort oft siet.

na zijn eyghen segghẽ.

op eẽ volle merct bedrijuen.

dz ghi sout maken dattet al om v lachte.

sulcke sotticheit niet bedrijue.

in huysen daer doodẽ sijn, daermen rouw draecht.

God te biddẽ ẽ vvijsheyt.

vtq; sapientiã inde, vnde proficiscitur omne bonũ, cõsequare, precibus sedulis & ardentibus est pulsandus. Et nõ est inibi danda opera legẽdis authoribus prophanis, iisq; qui ad solam linguæ culturã & picturatã eloquentiam plurimũ insolentiæ & arrogãtię magistram faciant, quippe cuius studij gratia nõ coitur in ædem, sed animi excolendi & mentis repurgãdæ atq; amicitię cũ Deo ineundę caussa. Hoc nos condocent hoĩes prophani, quos laiços vocãt, quib⁹ nimirũ cùm ventũ est in ædem diuinã, nõ id studio est, quod in priuatis ædib⁹ assolet, vt neant, rhetia texãt, vestes sarciãt, cõsuant calceos, aut in liberorum verticibus capillorũ sylua luxuriantib⁹ venẽtur pediculos. Sed vt immunes & ociosi ab omnib⁹ id genus domesticis officiis, diuina discant & cõtemplentur, atq; pietatẽ colant. Sed tempus est, vt hisce tandẽ supersedeamus, aliàs si voles de iisdẽ latius cõmentaturi. P. Quid ni velim? Nihil est quod æquè velim. Miserè istud & ex aĩo cupio. Interim habeo gratiã, quàm possum maximã, de hac pulcherrima admonitione, relatur⁹ vicissim, si nõ ex æquo aut cũ fœnore, saltẽ ex aliqua parte, quãdocunq; mei pòst indigere videberis. Cęterũ de multa, quam cõmisimus, quòd reb⁹ sacris nõ interfuimus, nihil est quòd labores, ego pro te atq; me dependam prius q̃ præceptor rescìscat. Vale. Ia. Tu quoq; vale q̃ feliçissimę. Valebis autem pulcherrimè & pro

men moet daer niet studeren.

om de geest te bouwen eñ met godvrientscap te maken.

sy doen dã niet dat thuys haer werck is.

dat wijer eẽ eynde af maken.

eert de meester vernempt.

prosperrime, si tuę salutis semper rationẽ habeas, & Dei seruatoris tui nunq̃ obliuiscare. P. Haud surdo dixeris. Faxo nunquã te pœniteat istius mecum habiti sermonis.

ghy sullet geenẽ doouen geseyt hebben.

¶ Æmilius Regneri Aquerslotenas, & Cornelius Guolteri Limmenæus.

Æ. QVid ita durus attentusq́; videris & fronte tetrica caperataq́;, quasi è Trophonij specu reuersus? Vnde nam venis? C. A ludi magistro. Æ. Quid illic tibi fuit hoc ludendi tempore negocij? C. Exhibendũ erat carmen meo Marte cõpositum. Æ. Tibi vni? C. Non soli mihi, sed omnibus qui sunt mecum eiusdem Musæ æmuli. Æ. Quot numero estis eiusdem farinæ? C. Plus minus duodecim. Æ. Credideram vobis nondum auditam fuisse artem poeticã. C. Auditur iamdudum, & bona pars expedita est, verùm ad calcem nondum peruenimus. Æ. Quî potestis igitur condere versus, aut pangere carmina, nondum plenè cognita ratione cõponendi? C. Istud tibi relinquo coniectandũ. Æ. Fortè queadmodum aues implumes adhuc aut inuolucres volaturiunt, vel quemadmodum puerulĩ ambulaturiunt nondum condocefacti certo pede signare humum, & firmis incedere gressibus. C. Isto eodem planè modo. Rem acu tetigisti. Æ. Quotum tibi factum est iam nunc poetices periculum? C. Quotum rogas? vix primum. Æ. Venia primùm experienti. Istud non est præceptori persuasum.

hoe staet dz bachuys so suer.

die met my euen hooch sijn.

van eender doen / vã eẽder studeringe.

dat laet ick v raden.

als de vogelkẽs die noch nauwelijc vlugge zijn.

ghi hebbet op sijn hoyken geradẽ.

ſum. Tam exactè, tam exquiſitè, tam adamuſſim, tam ad perpendiculum, expendit omnia, quàm ſi alteros vel Vergilios vel Horatios ſuſcepiſſet excutiendos. Æ. Fortè ex veſtrum aliquibus renaſcetur Maro aut Naſo. C. Ex te facilius naſcatur Rhinoceros naſutus, quàm ex nobis Naſo. Non ex omni ligno fit Mercurius. Æ. Pulchrè regeſtum. C. Non meminit præceptor ſe fuiſſe puerulum & aliquando rudem huius artis. Æm. Imò meminit, nihil addubito, ſed conſulto diſſimulat, veſtris commodis potius quàm affectibus ſeruiens. Sed age quodnam erat argumentum? C. De miſeria inferorum. Æ. Argumentum Muſis dignum. Exhibe mihi ſpecimen aliquod tuæ artis. Videam quæ principia iecerit, quibus crepundiis luſerit ingenium tuum, & quam ſpem de ſe præbeat. Videam tui ingenij tyrociniũ. Cede mihi tuarum Camœnarum adumbratarum primam manum. Co. Quid vrſinum partum videas informem, impolitũ & inconditum, lingua materna non ſat formatũ? Non dignum eſt viſu neq; lectu quod nugatus ſum. Rideas affatim, ſat ſcio, ſi videas, quàm monſtroſum ædiderimus fœtũ. Æ. Eia videam, nõ ridebo. C. Nõ auſim noſtræ fœturæ monſtrũ exhibere videndũ. Indulgebo tibi potius vidẽdum quomodo pręceptor ipſe idem argumẽti ex tempore recoxerit, incudi reddiderit atq; reformarit, & nobis propoſuerit imitandũ. Æ.

Per-

so suyst scilt hyt al hebben datter niet en gebreke.

alle hout dient tot geẽ heyligẽ te maken.

laet eens hoore wat ghi condt, wat man vã ghi wordẽ sult.

wat wildy ongeschict werc sien.

ic en dert nz latẽ sien

Percupio istud quidẽ, at malim prius delibẽ atq; degustẽ aliqd tui poëmatis. C. Quid has nugas, quid has nænias, quid hęc Musarũ excremẽta videas, nõ poëmatis, sed ne parapoëmatis quidẽ, si sic dicere liceat, noĩe digna? Æ. Amabo te, saltẽ à limine salutẽ Camœnas tuas, ex vnguibus ita leonẽ æstimaturus. C. Quid istuc? mos gerendus homini. Audi, recitabo principium. Æ. Audio. C. Cõuiuio cœli pulchrũ est interesse beato: At infernalibus miserũ est accumbere mẽsis. Æ. Ha ha he. C. Nõne prædixerã te risurũ auditis nostris ineptiis? Sed age, quoties peccatũ est? Æ. Plus minus ter in arte metrica. Quin & vox infernalis resipit nescio quid opicũ. Verũ vt scias laudo primã ingenij tui fœturã. Nõ expectas sem primo periculo tantũ artificij. Si pergas ingeniũ colere, in magnum auguror dextris Musis te euasurũ poetã (nam exercitatio potest oĩa) modò tibi vita suppeditet satis lõga. Id qđ timeo nõ futurũ. C. Vñ istud auguraris? Æ. Ex duob⁹ auspiciis. Prius, quòd in voce cõuiuij, breuẽ fecisti primã syllabã viuẽdi. Istud mihi augurio est, vitã tibi fore breuẽ. C. Bona verba. Male ominatis parcito verbis. Æ. Deinde, quòd quibus prematurũ est ingeniũ, quale tibi, non solet iis longa suppetere vita iuxta Gręcorũ prouerbiũ, Odi puerulos præcoci sapientia. C. Ludos atq; delicias facis. Æ. Nunc iam videã, qũo pręceptor vestrã poesim recuderit. C. Hem tibi. Æ. Legam:

Quis

dese intermercten.

ic sal swel sien aen eẽ penninck swat ghedaente dat een oerthẽ heeft.

ick prijs v eerste makinge.

t'sal swel ge lucken met v moechdy sterchs lenẽ.

hoe calt ghy so?

kinderẽ die te vroech wijs sijn.

Quis credat quàm sit miserabile adire lacunas
Infernas, nisi luminibus qui viderit illas
Ipse suis? fueritque eius pars magna doloris?
Horrendisque interfuerit cruciatibus illis.
Quod superi tamen auertant mortalibus omen:
Sed tribuant cunctis cœlestia scandere regna.
Nunq; in Plutonis (miserum) penetralibus atri
Squalore horrendis, & sole carentibus omni,
Exustis quoque Vulcani exitio, & Iouis ira,
Et pro commissis, & tempore nequiter acto,
Proque diebus inutiliter frustraq; peractis,
Pro ingluuie, proq; impietate, iniusticiaq;,
Ignibus æternis dabitur nunquam effugienda
Pœna, & inexhaustis cruciatibus & miserandis
Carnificina modis (crede) exercebitur illic.
Attamen hoc persuasum habeo fore non grauiora
Supplicia vlla, nisi aspectu & amore fruisci
Nunquam diuino, nunquamve accumbere mensis
Cælicolum, & nunquam gaudere sodalitio illo,
Lumine destitui, semperq; habitare tenebras:
Supplicia his vel proxima sunt, ratione magistra,
Quòd spes nulla micet, quæ mentem vnq; refocillet,
Nunq; etenim tam mole graui, tam sorte nefanda
Hic premimur, quin spes horæ si sit melioris,
Spe sola quanuis longa mens exhilarescat.
At conclamatum quis est & cum quibus actum,
Heu quis credat, & in cuius mentem subeant hæc,
Quàm sit acerba, aliâs vel pœna leuissima visa est:
Nam conuiuia quis celebret quanuis vel opima
Vel dulcissimo amicorum numero & grege plena,
Quis quanuis senio, excubiis ve, labore ve fractus,
Molle cubile adeat, si inibi mansurus in æuum:

Libertate abeundi si nunquam fruiturus?
Hinc bene conijcias, mens desperata salutis
Supplicia heu quanto sibi conficiat grauiora,
Quæ intoleranda nimis fuerat, si spes quoq; adesset.
Temporis amissi dolor haud minimum cruciabit,
His miserè stimulis mens exercebitur vsque,
Flebile & horrendum miserūq; ergastulum vt istud
Euadas, sis perpetuus Virtutis amator,
Diuinæque voluntati fac morigereris.
Sola etenim Virtus & vita fideliter acta
Tessera erit, qua admittare in collegium olympi.

C. Iam habes nostrarum musarū primordia. Videam age nunc iam & vestras primicias. Æ. Interciderunt mihi penitus, vt ne minimum quidem verbum meminerim. Si voles cócedam tibi legendā, quomodo præceptor ipse nostram primā fœturam recoxerit. Co. Quod erat argumentum? Æ. Omnia diuitibus ad votum affluere. C. Da igitur. Æ. Accipe. C. Aduerte animum. Æ. Istic sum. C.

Omnia diuitibus cumulatim suppeditantur,
Et fluit ad votum fertur quocunque voluntas.
Si stomacho latrante velint accumbere mensæ,
Polluctū inueniunt quod edatur, satque superque
Vina propinantur Gazæ, Lica, Chia, Phalerna,
Aut si splendidius quicquam reperitur in orbe.
Si libeat dormire, cubilia mollia plumis
Strata iacent niueo candore, vbi lintea splendent,
Qualia cum Iunone sua sibi Iupiter optet.
Semper item gratis cœlo ventoq; feruntur
Si proficiscendum, vel iter quoquam faciendum:

Nam

quid opus ventis bacchantibus, atque furēte
estate mouere pedes ex ædibus amplis,
bus ipse Tagus scatet, & Pactolus arenis
eris, plenoq; vberrima copia cornu?
um iubeat vis magna iter instituendum,
ibus sat habēt, quos ad Garamātas et Indos
ittant ad diuisos toto orbe Britannos,
quid deficiat non deficiente crumena?
ati leuibus ventis languentq; cubantq;,
t vndique cōmoditas, quamcunque voluptas
rit: sat amicorum, quibus vsque benignis
ur, sat qui fomenta parent medicorum,
leuent morbum, & verbis solentur amicis.
alidi incedant per publica corpore sano,
quocunque ferant gressus, precioq; & honore,
se obseruanturq; & vbique coluntur.
ubium veniant res, & si lis agitanda,
multo efficiunt sibi fertilitate crumenæ
quæuis facundia promoueat Ciceronis,
ue omnem loculi possunt explere lacunam,
la vbi stipata sedet quoque flaua moneta.
adeò nihil est, quod non sibi diues abunde
eat, nil quo careat voti male compos,
o esse tibi Pluto aspirante videris.

rum est audisse, nisi in memoriæ thesau
ecōdita seruentur. Da mihi tua igitur
:ribenda, ego tibi vicissim dabo mea.
C. Accipe, daq; vicissim, ac vale.
Æ. Vale tu quoq;.

FINIS.


Spes alit Agricolas.


Spes alit Agricolas.


Spes alit Agricolas.


Spes alit Agricolas.